

















A



VII

CALLIM.

int. CRVC

# CALLIMACHI CYRENAEI HYMNI A IACOBO CRVCIO BO/ NONIENSI. LATINI/ TATE DONATI.



Ad Magnificum ac nobilissimum Equitẽ Dñm Galeatũ fil. olim Ambrosii Gasparis Vicecomitẽ Iacobi Crucii Bononiẽsis Præfatio.

m Aiores tui Vicecomes ornatissime perpetua ac pene cõtinẽti serie aut Mediolani duces: aut ducibus proximi/nunc toga/nunc armis/nõ modo hanc florẽtissimã et undecũq; uberrimã patriã: Sed magna ex parte Italiã immo terrarũ orbẽ illustrarũt: unde factum est: ut passim uicecomitũ/Tituli: Elogia: Tropæa: Signa: ac monumẽta clarissima spectentur. Genio nãq; heroico inuictaq; et herculea uirtute suffulti/monstra suorum temporũ sustulerunt ac mala. Instituta ad hoc saluberrima ac publica commoda commenti: quacũq; ratione mortales legibus moribusq; honestissimis iuuerũt/a gręcoꝝ prouerbio illo haud discedentes ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Quorũ uestigia Aemulatus iuuenis optime/ac nobilium humanissime/litteris tum gręcis/tum latinis assidue uersatus/dum romanę eruditioni prodesse cupis: reliquosq; tui ordinis/ueluti classico ad uirtutis amorẽ et hortari et animare cõtẽdis: Sũmonuisti me: ut hymnos Callimachi latinos facerem: Qđ primulũ pertinacissime recusaui: ueritus: ne huic muneri impar succumberem. Expugnauit

tãdem pudorem pertinaciamq; meam frequẽs po/
stulatio tua. Quid enim mi Galeate honeste tibi
pernegatem: Cuius beneficio et liberalitate factum
est: ut: quemadmodum antea cum latinis: sic nunc
cum græcis assidue immorari delectet? accinctus
igitur ad opus: cum primum non nulla parum fe/
liciter uertere cepissem: pene Callimachus aliqua
iam ex parte latinus/in spongiam incubuit: quod
primum euenit: dum singula nimis fideliter inter/
pretari frustra laboro. Horatii demum ac hierony
mi preceptis resipiscẽs: ne uerbo uerbũ curarem red
dere fidus interpres: in ꝓposito uertẽdi poetę perse
ueraui. ut enim uerissime scripsit Gellius: Nõ sem/
per enitẽdũ: ut omnia in eum: quo dicta sunt: mo/
dum uertamus. perdũt enim gratiã pleraq;: si quasi
inuita et recusantia trãsferamus. Occepi igit᷑ quędã
quę felicissime græce composita sedẽt: pluribꝰ uer
bis explicare: ac nõ nulla sermone nostro quamuis
forte ambitioso expromere. paucissima admodum
beatissime cõiugata haud disiũgãda putaui. Qua
rõne ĩtegras dictiones gręcas ĩterdũ ĩuenies: quaꝝ
significãtiã proximis annotatiũculis: quas prope/
diẽ (ita me deus sospitet) editurus sum: studiosus
lector habebit: utq;: unde digressus sum: redeam:
Opus nõ paruæ audacię me subiisse ingenue fateor
Sed: ut ait ille: Alta secare uirtutis est/magnarumq;
etiam rerum conatus laudabilis: et si successus nõ

adfuerit. Huc adde: qd: ut ait Fabius: honestus est error magnos duces sequentibus. Nã si parua licet componere magnis: Mãtuanũ uatẽ in Homero ac Theocrito: qđ quædam parũ prospere uertisset: legimus male audisse. Complures etiã: ut ait Gellius Comœdias latinas scriptitarũt: quę cũ legũť: nihil sane displicent. At si cõferas cum grecis: unde illa uenerũt: & singula alternis lectionibus committas plurimum sordere ac iacere incipiũt: quę latina sũt. Nostra igiť cum grecis cõferẽs: si me Callimachi splẽdorẽ ac uerborũ felicitatẽ haud quaquam sensetis assecutũ: mirari desine. Haud ambigã tamen: quin curiosi elegantiora quærant, ac forte uelint nostra hæc casta et pura calamistris inurere, seq; fuisse meliora daturos promittãt: quibus illud Horatii elegãter respondeat, ut sibi quiuis speret idem Sudet multũ frustraq; laboret ausus idẽ. unde non immerito Vergilius noster dicere solebat, difficilius fore Herculi clauã: quã Homero carmen surripere. Hoc quoq; a scribendo deterrere potuit. Inuidia: quippe quę semper magnarum rerum conatus deterere atq; obtrectare consueuit. Cæterum cum ipse mecum reputo: cum quibus ista contulerim, Demetrio scilicet ac Iano Placentino monacho uiris nunq̃ satis laudatis: eosq; hæc nostra probasse: His ueluti p̃sidiis munitus liuorẽ facile despicio. Cũq; etiã mecũ uoluto Callimachi materiã, Hymnos,

laudes scilicet et ornamenta deorum: qui etiam ab
hoïbus: ut ait Euripides: laudari gestiunt: ἔνεστι
γὰρ δηθεῶν γένει τόδε. τιμούμενοι χαίρουσι
ἀνθρώπων ὑπὸ. Nullum putaui/qui etiam me/
diocriter sapiat/futurum: qui uelit deorũ hymnos
ac laudes improbare/et quasi cum diis ipsis conten
dere. ut. n. elegãter cecinit ipse Callimachus: κακὸν
μακάρεσιν ἐρίζειν. Accedit his oïbꝫ patrocinium
tuum mi Galeate: qui hasta et galea: nec nõ clypeo
pugnabis pro defensione horũ numinum: quę hic
celebrãtur. Cum. n. materia Callimachi et argumẽ
tum sint reges et diui: merito hæ tibi nostræ lu/
cubratiunculæ dicantur: nam et deos religiosissi/
me colis/sanguisq; tuus nobilissimus a regibus et
heroibus deducitur et propagatur. Quippe quod
uerissimũ esse demonstrant tum corporis/tũ animi
tui cumulatissimę nobilissimęq; dotes. nã pręter di
gnitatem/promptitudinem/dexteritatem/ac pręci
puas ac indefessas corporis tui uires/prudẽs es ante
annos/ingenio ardentissimus/atq; oïa facilis obire.
Memoria singulari ac tenacissima: quam bonis arti
bus et disciplinis cõtinẽter exerces/eloquentia elu
ces insigni: rara præterea liberalitate fulguras: qua
cum me nuper/tum cęteros studiosos prosequeris
ac bonarum litterarum professores: a magnanimo
et inuicto fratre tuo Iano Gaspare nõ degenerans:
in quo ars et natura certatim omnia ornamenta cõ

tulerant/nec non seruans uestigia Magnifici ac ge/
nerosissimi patris tui Gasparis Ambrosii: qui (ut
cętera et clarissima etiã τυφλῶ cognita prætermit
tam) quod olim romę Titus apud suos: idem istic
Mediolani est assecutus: ut amor ac deliciæ urbis
uocaretur/cuiusq; sacrosancti penates: perinde ac ly
cęum et academia/regia musarum et Apollinis tẽ/
plum meritissimo dicerentur. Superest: ut / quoniã
hac in prefatione multum euagati sumus: nostras
uigilias qualescũq; benigne suscipias: quę tibi de/
bent: quęq; tuę sunt: quas cũ tu ueluti fœtus tuos
agnoueris approbaueris q;: doctæq; iterum placue/
rint Academię: tuo fulti Galeate tegumento ac pa
trocinio: candidorumq; ac bonorum iudicio secu/
ri/obtrectatorum ac maleuolorum uoculas disperi
re sinemus. Vale decus et presidium meum.

# Epigramma Musicolę.

καλλίμαχοσ βάττου γένοσ ἐισ ἐρατην ἑλικώνοσ
πήγην καὶ ετὰ μέ μη ἤλυθον ἐκ λιβύησ. (ἀυτοῦ
νυν δ᾽ ἐκ τῶν δενδρῶν παρνάσου τ υδατοσ
ἔρκομαι ἐισ ποταμον θυμβριδοσ αυσονίου:
ἁ δε κυρηναῖον φύσισ ειθ ελληνα ὁ φόιβοσ:
νὺν δε πεπόιηκεν φελσινεοσ μ᾽ ἴταλον

## Eiusdem Endecasyllabi.

Exornate sacros lares quiritum,
Ciues Ausonii uirente lauro.
Doctę pierides paterq; Phœbus
Pulchras cantibus implicent choreas.
Adsint diq; deęq;. prosequatur
Hos: quicunq; cupit sodalitatis
Istius fieri nouiq; cœtus.
His uos felsineus uocauit hymnis:
Quos nuper latię dicat camœnę.
Illi Callimachus decus Cyrenes
Parnasi decus et decus futurum
Vobis hos dedit: ut latinitate
Vti possit: et assidens perenne
Sæclum: factus et ille ciuis inter
Ciues romuleos manere possit.

Magnifici Galeati Vicecomitis Distichon.

Pithagorę Samii si mens est sana: Latinus
Callimachus uolitat docta per ora uirum.

Nicolaus Muranus Picens.

Callimachi uarios numeret cum fama labores:
Hoc habet exiguum: quod modo reddat opus
Iam puto ne pietas foret inuidiosa deorum:
Haud passa est laudes sola perire suas.
Et tua nunc etiam subiit bona cura Iacobe.
Nostra suum per te uendicat ecce manus.
Gratia non simplex dabitur tibi: cum facis ipsum
Posthac ut gemina se tueatur ope.
Battiadę quantum cœlestia regna fatentur.
Debeat ut tantum/cogitur ille/tibi.

Ianus Mo. Placentinus ĩ hymnos Calli.

Carmina Battiadę laudes complexa deorum
Perlege. Callimachi perlege lector opus.
Sed: quis de Libyę nostras aduexerit oras:
Nosse cupis. non est dicere difficile.
Nam genus auctoris patriam nomenq; docebo.
Nec facient longas carmina nostra moras.
Crux genus auctori. patria est Felsinæ. Iacobus
Nomen. habes lector candide/quicquid ames.

Alphonsus Montoya Hispanus:

Hymniferos quicūq; cupis pernoscere cantus:
Hoc opus egregium translege Callimachi.
Qui numeris uersus latiis melos orpheos anteit,
Ac senio exutum dulce reuiuit opus.
Sic noua phœnici meliorq; renascitur ętas:
Cum fragrante pyra lęta resurgit auis.
At: si forte rogas: fuerit quis tantus: ut edam:
Auctor: is alterno carmine notus erit.
Maximus eloquii uates utriusq; Iacobus:
Pallados et Clarii gloria magna dei
Ergo Iacobe tuum decus indelebile uiuet,
Famaq;: dum æquoreas nō bibet arctos aquas.
Inuide tabifico phas est rumpare ueneno:
Lędere si tentas: quod tegit Aegis: opus.

Idem Alphonsus Montoya hisp.

Accipe Callimachi lector studiose libellū:
Qui modo græcus erat: uerba latina refert.
Transtulit hunc nobis facundi musa Iacobi:
Vt nostro sęclo non nihil ille daret.
Qui fuerat notus paucis interprete docto:
Splendet doctorum cuncta per ora uolans.
Aurea Tidides glauci uelut induit arma:
Sic positis propriis hic meliora tenet.
Gręcia Callimacho quātum: tantum ipse Iacobo
Debet: et ambobus fama perennis erit.
Rhinoceros rumpi ac liuor, nasutaq; turba:
Non opus egregium lędere dente potest.

## Iacobo Crucio Ioannes Baptista Pius Sal.

P Ropertius uates elegiographus Callimachi manes orare solebat: ut in suum nemus admitteretur nec immerito, nam ut græci dicunt: θησαυρὸσ μέγασ εστ᾽ ἀγατὸσ φίλοσ. Quem sane battiadæ conferam: aut superiorem esse dicam: nō inuenio. Non fœcundior hic Niobe fuit aut parū infelicior: quādo periclitātibus bonis litteris, græcia ergastulū latomiasq; passa, imperio ro. cadente, barbarie diuina et humana miscente, in publico naufragio, Callimachum euerso iuuit orbe mori. Si quidē Euripide ĩ Hecuba testāte ουποτ᾽ αν φίλον τὸ βάρβαρον γένοιτ᾽ ἄν ελλησι γένοσ hoc est barbaros haud quaquā græcorum amicos, cōsequēterq; studiorū. Ex hoc tam infelici naufragio quota hymnoꝝ Callimachi pars superfuit: unde: ut ab Achillis hasta manus eius: ab Herculis uestigio corporatura: perinde et ab hoc hymnorū libello battiadę ratiocinamur ingeniū, felicissimeq; mentis fœcūditatem. parū ꝓfeceramus hoc inuēto quippe qui caute per tenebras eius incederet: ratus erat Dędalus aut Theseus. Cum nobis helicen suā Crucius græce et latine doctissimus aperuit longa cruciata lima talis ac tāti poetę carmina reformās: et in rationē studiosorū, utilitatē latina sub incude producēs: nō Peliam lauans: ut multi: sed Iolaū in

priſtinos annos et meliorē faciē reſtituens. prius: q
Cyreneū poetā ſumebat ī manus: pondus dūtaxat
ſentiebat. Et: ut ſatyrus ille multibarb9 īuētū oſcu
labat̄ et āplectebat̄ ignē. quicq̧ tāgētē urebat/nō fo
uebat. Qđ prius īgit̄ horridū et pene intractabile
erat (ad te nam me uir eruditiſſime cōuertā) opera:
labore et induſtria tua facile ac domeſticū effectū
non diſſimulo. Quare quāprimū da uela uentis et
ora ſoluētibus bene preceris. nihil eſt: qđ coryceos:
Hipponactios: Archilochioſq̧ rabulas reformides
nō honeſtius uiuētes: quā fabulantes: qui Iunoniā
alitē induti orbiculatis flexibus popello ſpinā tre/
mulā inundant: et artiſu ſirenio ceuent. Hi: ut non
minus ſalſe: quā ridicule Leo byzātinus inquit/in
tergo geſtāt ultionē. Te raris iuuet aurib9 placere:
imprimiſq̧ Galateo uicecomiti patricio mediola/
nenſi tempeſtatis noſtrę Mæcenati: Cui ex iugis ca
ſtaliis lectā muſę laureā cōtexunt. in quo mite inge
nium: comitas Scipionis: Lęliana affabilitas et hu
manitas/maſſyliotici mores et antiqui: Ariſtarchęa
cenſura: peruigil ſtudium/utriuſq̧ linguę ſūma co
gnitio ſole clarius effulgent. Iam uale et Cercopes
Telchinaſq̧ grammaticulos ſuſq̧ deq̧ faciens in
dies meliora ex eruditionis tuę multiiugę copioſiſ
ſimo theſauro deprome: ut ſaltem hoc Bononia
diſcat Narthecophoros ſe alere plures/paucos ue/
ro Bacchos. Iterum Vale.

# CALLIMACHI CYRENAEI HYMNI a Iacobo Crucio Bononiensi Latinitate Donati; Ad Magnificũ Equitẽ Galeatũ Vicecomitẽ fil. olim Gasparis Ambrosii Viceco.

## IN IOVEM

Acra Ioui ferimus, canimusq; horrẽtia sceptra
Cęlicolum æterni regis, semperq; potentis:
Orsus qui superis primum dare iura beatis:
Ex quo Terrigenas pepulit fera monstra gigantes
Dictęus sed te miretur: An arcas alumnum:
In dubio est animus. Generis tibi gloria duplex
Iuppiter idęis celebrant hi montibus ortum,
Arcadia te alii sed utri mendacia iactant.
Cretes mendaces semper. tibi namq; sepulchrum
Struxerunt. At tu non interis, esq; perennis,
Parrasiæ datus es regioni: ubi collis opacus
Densus erat fruticante coma. sacer inde putatur
Lucus. soluit ibi nam nulla puerpera partum.
Molles complexus fugiunt serpentia cuncta
Hicq; uiro mulier misceri horrescit: et arcas
Nominat ista rheę ueneranda cubilia matris.
Teq; ubi diua parens magnis demiserat ulnis:
Exemplo uestigat aquam: qua sordida partus
Elueret: corpusq; tuum lustraret in undis.
Tunc ingens Ladon nõ currere, non Erymanthus
Candore in fluuiis princeps. Tunc arrida cuncta

Parthasię,sed,quæ multo mox imbre maderent.
Nam:quo discinxit zonam sibi tempore diua:
Desuper innumeras quercus educere Iaon
Humidus.atq; Melas tũ plurima uoluere plaustra.
Lustra feris multis Carionis uda superne
Prębere,atq; pedes consuescere sæpius ire
Nunc supra Crathim supra scruposq; Metopę
Vir sitiens:qu ãuis subter multa unda lateret.
Consiliis deserta suis tum diua profatur.
Chara mihi tellus pariter tua pignora profer.
Nam tibi sunt faciles partus,nulliq; dolores.
Dixit:et extendens magnum sublime lacertum
Montem percussit sceptro,diductus at ille
Ingentes uomuit latices:quis corpora lustrat
Rex tua,conuoluitq;:Nedę ac te mãdat alendum
Idęas inter latebras,cunabula prima.
Omnibus e nymphis:quę nutriuere tonantem:
Hęc antiqua magis:sed post styga post philyrenq;.
Cui grates dignas reddit dea,flumina namq;
Nominat illa Neden:ipsi quæ proxima multo
Vrbi Cauconum (Leprion nomine dicunt)
In mare decurrunt:potatq; antiqua fluenta
Ista:Lycaonia nomen qui ducit ab ursa.
Vtq; Thenas linquens puerum te nympha ferebat
Gnoson.(namq; thenę fuerant prope gnosia tecta)
Interea umblicus tibi decidit,unde feruntur

Omphalio nomen campo posuisse Cydones.
Excipiunt ulnis mox te sociȩ Corybantum
Dictȩæ Meliȩ. gratum Adrastea soporem
Aureis irrorat cunis. sed tu ubera pinguis
Sugis Amalthȩȩ. Carpis quoq; dulcia mella:
Nectar apis subito carpentis summa tulere
Idȩi montes: et quos dixere panacros.
Armatas tibi Curetes duxere choreas
Concussis clypeis: Saturnus ut auribus istum
Tinnitum accipiens stupefactus mente iaceret:
Ac foret infanti uagitus tuta potestas.
Auctus perpulchre rex magne: eductus honeste:
Vestitæq; tibi celeri lanugine malæ.
Cuncta annis maiora puer promittis et imples.
Ni mirum: erumpit nam semper uiuida uirtus:
Atq; morȩ impatiens conatus odit inertes.
Haud igitur mirum: fratres si ȩtate priores
Non inuiderunt cœli tibi templa superna:
Vera sed antiqui non hæc cecinere poetȩ:
Saturni natos cum terna palatia pangunt
Sortibus eductis mundi secuisse laborem:
Ecquis enim cœli atq; inferni ducere sortes:
Ni solidus tentet: nam ex æquo debuit ista
Vrna quati. quãtum autẽ infernus distat olympo:
Falsus ero: uates hȩc si suasisse putarim.
Non sortes: sed dextra deum te fecit olympi:

Vis inuicta:potens robur:quę ſceptra ſecundum
Deinde tua aptaſti.ſolio ſic iuncta poteſtas.
Reginam uolucrum optaſti:quæ nuncia fati
Eſſet:et euentus hominum generoſa notaret,
Seruaretq; ſui cœleſtia ſigna Tonantis:
Quę noſtris utinam felicia monſtret amicis:
Eligis hinc uitæ genus altius.haud tamen,ut ſis
Mercibus,aut bello excellens,aut carmine blando.
Hęc data numinibus nam dona minora puſillis.
Cura alia eſt aliis.Sanctos tu deligis urbis
Rectores:quorum ſceptro Mars,nauita,cantor
Subſidunt.Manibus ſunt omnia ſubdita regum.
Inſpectis fabris,uulcania dicito membra:
Gradiuo bellum:uenatio dura Dianę
Reddatur:Phœbo cytharæ cantuſq; periti:
A Ioue ſint reges.Iouis eſt nil regibus alti
Sanctius,unde tua reges ditione fouentur
His das ſeruandas urbes.hinc toruus ab arce
Illos deſpectas:qui iura obliqua miniſtrant.
Quos contra cernis mites iuſtoſq; tyrannos:
Multimodis ornas opibus,cornuq; benigno.
At non ex ęquo cunctos.probat iſta tyrannus
Noſter:qui imperii promouit limina late.
Veſpertinus peragit,cautus quæ mane uolutat,
Maxima ueſpernus,ſed obit:quę parua:repente.
Hi uero hęc anno,uixq; implent pluribus illa.

Impedis hos. aliis consulta e pectore demis.
Salue Saturni proles suprema, salutis
Thasauriq; dator. Tua sed quis concinat acta?
Non fuerit, nec erit. Quis enim Iouis acta loquatur?
Salue o salue iterum: et uirtutem porrige opesq;
Adsit ni uirtus: mortales tollere cœlo
Diuitiæ nequeunt. At contra nomen inane
Est uirtus sine diuitiis. Ergo affer utrumq;.

## IN APOLLINEM HYMNVS.

u T coma cōcussa ē Daphnes? omnisq; moueri
Cœpta domus Phœbi? ꝓcul o ꝓcul esto prophane.
Formosis pedibus portas iam quassat Apollo.
Non ne uides blandum quod delia palma repente
Annuit? ac pulchrū modulatur in ęthere Cygnus?
Vos iam portarum consurgite ferrea fulcra,
Soluanturq; serę. non longe a limine Phœbus.
Tuq; noua ad cantus choreasq; accingere pubes.
Non cuicūq; datū est Phœbum spectare: sed uni:
Quisquis sinceram mentem gerit ac pia corda.
Cui spectare licet: magnus. cui non: leuis hic est.
Nos uiso phœbo sed non dicemur inertes.
Non tacitam phœbo Cytharam properāte tenete,
Cum strepitu o pueri uestigia uoluite uestra:
Si cupitis iungi, canumq; secare capillum.
Mœniaq; ut primis seruentur molibus alta,
Suspexi pueros; neq; enim Chelis ipsa quiescit.

Ore fauete omnes audito nomine phœbi/
Nam fauet et pontus/uatis cum carmina laudant
Vel Cytharam aut phœbũ/cui parẽt delphica tela.
Haud Thetis amissum misere tũc luget Achillẽ:
Dicit Io Pæan cum uox geminata per auras.
Assiduos differt tristis quoq; petra dolores:
Quę posita in phrygia est stillans humore perenni
Marmorea facie mœstum ac lacrymabile Hyante.
Dicite Io et Io. Diuis contendere uanum.
At:qui cum superis potis est concurrere:hic idem
In regem audebit nostrum fera bella mouere.
Qui uero poterit confligere cum duce nostro:
In pugnam Phœbum ac certamina dura lacesset.
Sed:si quis phœbo gratum pęana loquatur:
Hunc exornabit meritoq; extollet honore/
Namq; potest:dextraq; iouem solio adsedet alto.
Laudis phœbe tuæ monumenta perennia uiuunt.
Sit dignus uates:phœbum et montana sonabunt.
Aurea uestis adest phœbo/aurea fibula:et auro
Testudo Cressusq; arcus radiatq; pharetra/
Ex auro crepidę. phœbus namq; aureus omnis:
Apprime et diues. Licet hoc pythone uidere.
Forma es conspicuus semper/uiridiq; iuuenta.
Nulla quoq; in teneris lanugo uultibus horret:
Diuinosq; comę conspirant uertice odores/
Nec ros/sed potius stillat panacea capillis.

# IN APOLLINEM

Vrbsq3:in qua suaues guttę cecidere:beata
Atq3 immortalis facta est hoc unguine sacro.
Artibus innumeris excellit magnus apollo.
Norma sagittarum est/cantorum fulgor honosq3:
Nam phœbo datus est cantus certęq3 sagittæ.
Huius ueridicę sortes/oracula certa
Numinis.Huc adde:eximia qđ apollinis arte
Nouerunt medici mortem proferre malignam.
Hac etiam causa Nomium te phœbe uocamus:
Pauisti qđ equos Amphrysi ad flumina pastor
Cęlibis Admeti succensus amore iugales.
Felices nimium saltus:ac pabula lęta:
Vt nunquam fœta esuriat:quam Phœbus amico
Viderit ac placido aspectu.Quin fœtibus apta
Semper ouis.Semper distenditur ubere largo:
Queq3 unū prius:hęc geminos tū parturit agnos.
Vrbis formandę exemplum monstrauit apollo.
Exultat Phœbus nam condere mœnia:et idem
Consueuit propriis manibus subuoluere saxa.
Natalis quartum phœbus numerauerat annum/
Cum primum moles ingentes ponere cepit
In pulchra ortygia.prope cum circūflua stagna
Caprarum capita accumulans Diana ferebat
Sępius:excelso uenata in uertice Cynthi.
Aram tum primum contexere cepit Apollo:
Cornibus adstruxit fundamina:cornibus aram

Congessit: muros erexit cornibus idem.
Mœnia sic primum didicit componere Phœbus:
Prędixit batto patrię sola pinguia nostrę:
Cum populo lybiam subeunti prębuit olim
Auspicium coruus, uolucris dans omina fausta.
Iurauit nostris quoqꝫ se dare regibus urbem:
Ac iurata semel certus custodit Apollo.
Phoebe Bœdromion multi te nomine dicunt,
Complures Clariũ. tibi multũ est undiqꝫ nomen:
Ast ego carnæum patrio te more uocabo.
Sparta dedit Carnęe tibi fundamina prima:
Thera secunda tulit: sunt tertia dona Cyrenes
Te genus Oedipodę sextum: lacedęmone duxit
Ad sedem: quam theręi tenuere coloni.
Integer hinc Battus Asbystide collocat urbe:
Augustamqꝫ tibi sedem dedit aurea templa,
Quis cadit extremas in partes plurima labens
Victima. Io et Io. Tibi multa altaria fumant:
Compluresqꝫ preces carnęum numen adorant:
Et tua tot uernos flores pia sustinet ara:
Quot spargit zephyri spirantis mollior aura:
Suaue crocũ dat hyems. Sẽper tibi plurimus ignis.
Thure nouo fumat lux omnis et igne recenti.
Gauisus quantum est Phœbus: cũ cincta iuuentus
Bellonę: in choreis libycis est mixta puellis,
Nam carnęa aderant olli lux candida turmæ.

# IN APOLLINEM

Cyræo nondum Dores in fonte bibebant.
Grata erat azilis celeberrima fontibus unda:
Quam rex inspexit/nymphæq; ostẽdit amatę
Stans super ancipiti myrtusa: hic unde leonem
Sustulit ipseis: quo perditus Euripyli grex.
Non alia tantum chorea lætatus Apollo.
Ante alias urbes unam colit iste Cyrenem
Antiqui raptus memor: ex hoc deniq; nullum
Nunc quoq; Battiadę phœbo plus numen adorãt.
Dicite Io pæan. Vocem hanc geminate. reperta
Hęc primum delphis in turba hymniq; fuere.
Auratoq; arcu monstrasti uulnera certa/
E pythone tibi redeunti cum fera primum
Horrenda occurrit: quam dum tu phœbe sagittis
Innumeris figis: populus geminauerat ardens:
Iniice tela: feri o paean. genitrix ueneranda
Quando salutiferum te enixa est. hinc tibi laudes.
Clam liuor phœbi secretam gannit in aurem.
Vatem ego non miror: qui nõ canit ęquoris instar.
Liuorem at phœbus pede propulit/atq; ita fatur.
Ingens Euphrates flumen: sed plurima secum
Excrementa trahit terræ/sordesq; receptat.
At Cereri non fert Apis omni e flumine lymphã/
Verũ ex hac: quę pura nitensq; ac limpida serpit.
Fonte cadens sacro parua est/sed purior unda.
Salue o rex. probrumq; simul liuorq; facessant.

d Ianam (tantũ numen nam turpe tacere)
Cantemus iaculis insignem ac cęde ferarũ
Gaudẽtẽq; choro: ac uersantẽ collibus altis.
Hinc orsi: ut genibus Iouis adclinata puella
Paruula dilectum sic est adfata parentem.
Aeternum o genitor da uirginitatis honorem:
Ne ue mihi certet phoebus: da nomina mille.
Arcum da genitor/da spicula certa. pharetram
Non pero. non arcum ingentem. nã tela Cyclopes
perficient subito/atq; arcum curuamine lentum.
Da lucem ferre/ac tunicam succingere lymbo
Cultã: ut prompta feras et agrestia perdere possim.
Fac sexaginta teneræ oceanitides adsint
Omnes ętatis nonę/incinctęq; puellæ.
Da quoq; bisdenas: quas mittit creta/ministras:
Quę postq̃ lyncum ac ceruorum munia liqui:
Velocesq; canes curent celeresq; cothurnos.
Da cunctos colles/illamq; o iuppiter urbem:
Quam tu cumq; uoles: raro sit in urbe Diana.
Montibus insistam. tunc solers oppida uisam:
Quandocũq; acri uexata puerpera partu
Lucinam me sæpe petet. Mihi fata dedere:
Vt miseris adsim parientibus Ilithya.
Nam mea non gemuit pręgnans: nec tristia sensit
Parturiens mater: nulloq; soluta dolore.
Hæc effata patris tentat tractare puella

Barbam:ac ſępe manus fruſtra tendebat inanes:
Donec ſedata eſt.ridens pater annuit olli:
Atq; ita demulcens inquit/mihi pignora tanta
Quando datis diuę:zelus Iunonis et ira
Ne fuerint tanti.referas:quęcũq; petebas
Nata modo:maiora etenim/poſt munera carpes:
Altera ab undecimis donabimus oppida/multas
Quę oſtendunt turres ac propugnacula tuta.
Altera ab undecimis/ubi ſoli ſacra litabunt
Diua tibi/eq; tuo dicentur nomine cuncta/
Ac multas urbes tibi deſignare licebit
Cum phoebo iunctim medias tellure mariq;.
In triuiis aderis/cuſtos in portibus.inde
Nutu ſermonem ſancit.graditurq; puella
Ad Leucum Cretæ montem:quem ſilua coronat/
Dehinc petit Oceanũ/Nymphas hic deligit autẽ
Incinctas omnis ac nona ætate puellas.
Flumen Cęratum geſtit/uenerandaq; Tethys
Exultat natas comites tribuiſſe Dianę.
Mox Cyclopas adit ſęuos:quos inſula habebat/
(Nunc Liparã uocitãt)Meligunis nomine priſco.
Candentem maſſam crebris tinnitibus omnes
Hi circũ ſtabant:opus admirabile namq;
Vrgebant properi tundentes ęnea labra:
Neptuni ut poſſent apte potare quadrigę.
At trepidant diuę:poſtquã fera monſtra uidere,

Contigit: ossęis æquanda ac rupibus altis.
Fulgurat horrendum lumen: quod fronte gerebāt:
Ardentis clypei spatiosa uolumina reddens.
Incudisq; sonus crepitantis perculit aures.
Formidant pariter uentosaq; murmura sęui
Follis anhelantis dirum. Namq; ætna tonabat.
Trinacrię tellus sicanis regnata/propinqua
Italia: ingentemq; uomebat corsica uocem.
Maleus ex humeris at quando attollitur alte:
Stridet et ardenti dum massa recocta camino:
Perq; uices feriunt/omniq; ex parte laborant:
Tum uero attonitæ ac nimia formidine nymphæ
Nec spectare queunt. sonitu stupet auris et horret.
Non hæc mira tamen: grandes cum sæpe puellæ
Diuorū/hos etiam trepidient/pauеātq; ministros.
Sic: quando imperium genitricis ferre recusat
Vna puellarum: mater uocat ipsa Cyclopas
Sedula/in officio cupiens retinere puellam:
Argen uel Steropen. Tunc e penetralibus unus
Mercurius prodit Carbone interlitus atro:
Ac pueram subito exterret. Trepida illa parentis
Cōfugit in gremium/ac dextram prætēdit ocellis.
Ternus natalis nondum tibi: Iamq; petebat
Vulcanum genitrix/ulnis te amplexa puellam:
Vt tibi dona daret seruantia luminis usum.
Dumq; insessa graui lasciuis poplite Brontę:

# IN DIANAM

Implicita hirsutas horrendo in pectore setas
Sic conuulsisti: nunc ut quoq; pectore glabra
Sit pars in medio, qualis cum uertice pestis
Infixa humano crines populatur Alopex.
Hęc igitur sacro confidens ore locuta es.
Spicula cressa mihi atq; arcum properate cyclopes:
Et pharetram calamos habilem gestare uolantęs:
Sum Phœbi soror ac pariter latonia proles.
Si nostros arcus sensit fera: uastior aut si
Pręda cadit: dapibus refouēt his mēbra Cyclopes.
His dictis opus exactum est, armataq; uersa es
Ad catulos rursus. Tegeęaq; limina panos
Intras arcadici: qui lyncem in frusta secabat
Męnaliam: canibus fœtis alimenta daturus.
Das geminos capribarbe canes, qui uellera gestant
Hinc albo sparsa, hinc nigro distincta colore.
Das tres auricapes. uarium unum. Hi forte leonū
Tergora si morsu cepissent densa tenaci:
Inuitos traherent stabulis: septem quoq; sumis
Arcadas: excellunt auras qui prępete cursu,
Vincere qui hinnulei possent leporemq; stupērem:
Hystricis aut cerui lustrum monstrare periti,
Atq; ad capreoli uestigia ducere certa.
Hinc digressa (canum post te uis fida subibat)
Arcados ascensu collis (mirabile uisu)
Prospectas ceruas, saliunt, altaq; uagantur

In ripa nigros lapides uoluentis anauri:
Tauris maiores:radiabat cornibus aurum?
Attonita es subito:tacitoq; hęc pectore uersas?
Prima utinam hęc fuerit uenatio digna Diana.
Quinq; aderant tantum. Captas tu quattuor/ullis
Nil debens canibus/celeri sed cuncta uolatu.
His ut uecta uoles pernici concita curru.
Vnam autem fluuii Celadontis summa petentem
Iunonis iussu:certamen ut Herculis alti
Postremum fieret:tenuere ceraunia saxa.
Parthenie Tityum occidens.tibi zona refulget
Aureaq; arma micāt. Currus quoq; fulgurat auro.
Auratis ceruos frænas quoq; diua luparis.
Cornuti currus sed quo te prima tulerunt?
Ad mōtē thressū:unde aquilo fera flamīa torquet
Horridus/heu nudis acre inspirantia frigus.
Fax ubi secta tibi? flamma unde exorta reluxit?
In myso ulympo. Aeternumq; hic iniicis ignem:
Qualem distillant summi uaga fulmina patris.
Diua quoq; experta es radiantem sępius arcum:
Ac prior est ulmus percussa.hinc robora querna.
Post hęc icta fera est. Demum non amplius arbori
Ast urbs concutitur/quę iniusta malignaq;/contra
Hospitia/inq; suos exercet tristia ciues.
Heu miseri/qui te iratam sensere Diana.
Dissipat atra lues armenta/pruina labores

Aufert:et duri moriuntur uota coloni.
Pro natisq; pii patres tondentur:et omnis
Aut icta occumbit pręgnans uel/dum fuga/partũ
Eiicit/ut ualeat nil firmo insistere gressu.
Quos autem iucunda uides ac sydere blando:
His semper seges est fœcũda.his germinat omne
Armentum.crescũt et opes/semperq; sepulchrum
Effugiunt/nisi:cum dissoluerit ęgra senectus.
Non genus abrumpit discordia:quę pia tecta
Heu quoties uertit.quin mensa sępius una
Socrus atq; nurus uultu accubuere sereno.
Ille mihi faueat:quem tu dea legeris unum:
Isq; o si regina forem.pia carmina semper
De nupta fierent Latona:carmina de te:
Tu quoq; cũ Phœbo acciperes tua pręmia laudũ:
Esses insignis Canibus/pharetraq; decora:
Sed spectanda fores imprimis curribus altis:
Qui te conspicuã tollũt in templa tonantis.
Tunc in uestibulis te suscipit obuia turba.
Arma capit proles Cyllenia.sueuit Apollo
Excipere ante feras.nec enim prius astra tenebat
Alcides magnus.iam talia munia Phœbus
Liquerat.Indefessus enim tyrinthius usq;
Ante fores stabat/spectans:si forte redires
Pingui cum præda.risit pia turba deorum.
Nec modus.ante alios ridet saturnia Iuno

Cum taurum ingentem e curru uel tolleret aprum:
Tergaq; postremis pedibus trepidantia capri.
Callidus asturo tum sic sermone profatur.
In seuas iace tela feras/hominumq; labores
Me spectans refoue. Capreas leporesq; fugaces
Passim errare sinas. Quid enim capreęq; lepusq;
Commeruere? sues plantas hominumq; labores
Depascunt. Tauri officiunt/his uulnera mitte.
Sic ait/atq; feram ingentem circũstetit ardens.
Nam: quãuis factus œthaeo in uertice diuus:
Improba uentris adhuc atq; insatiata libido
Tanta tamen superest/quãta: cũ scinderet aruum:
Occurrit Dryopum ductori Thiodomanti.
At tibi iam refouent Cressę ceruice solutas
Ceruas/ac tripholi subito salientia prębent
Pabula: desecta e prato Iunonis aperto:
Hic ubi fertur equos Iouis ubera carpere læta.
Auratosq; lacus implerunt mollibus undis:
Gratior ut potus ceruis sitientibus esset.
At: cum templa subis cęli: te conuocat omnis
Certatim chorus. Ad fratrem sed proxima flectis.
Quãdo erit: ut nymphę choreis te sæpe coronent?
Niliaci quę habitant inopi flumina iuxta?
Vel iuxta pitanen. pitane tua. uel prope limnãs/
Vel prope alas Araphenidas/illuc/quãdo ꝓfecta es
Ex scythia fugiens taurorum immitia sacra.

Tum mihi non ullę proſcindant arua iuuencę:
Nec minimas glebas alienum uerſet aratrum:
Languentes etenim ſummiſſaq; colla ferentes
Reddentur ſtabulis/quãuis ſint ſanguine claro:
Epirum ac patriam referant/meſſeſq; nouenas:
Aſſuetę et penitus terras inuertere:aratrum
Et tractare ſimul doctę cum cornibus altis.
Illam nam Phœbus choream non pręterit.atqui
Siſtit equos ſpectans/ac lucem prorogat almam.
Inſula quę tibi ſit potior:Qui mons mage gratus/
Qui portus/quę nã urbs/nympharũ ꝓxima quę ſit
Diua tibi/et quales heroidas in tua ſolers
Limina adoptaris/gratę commertia uitæ:
Dic dea/namq; alios/quę dixeris:ipſe docebo.
Inſula quę placeat:Doliche eſt/urbs Perga ꝓbaris/
Taygeton montes:portus Euripe dediſti.
Sed nympham ante omnes unã Cortynida amaſti
Cędentem ceruos britomartem/ac certa regentem
Spicula/Cretęus rex olim cuius amore
Exardens Minos errauit per iuga Cretę.
Nympha ſed horrenti quercu modo tecta latebat/
Cęlabant rurſus iunciq; uluęq; paluſtres.
Ille nouem menſes tamen hanc ſectatur et urget:
Per pręcepſq; ruit flagrans/nec deſtitit ante:
Quam comprenſa fere pronam ſe miſit in ęquor
Vertice de ſummo montis;delapſaq; preſſit

Rętia nautarum: sicq́ est seruata: Cydones
Dyctinā hinc nymphā, ac montē: quo decidit: ipm
Dyctęum memorant: cōdūtq́ altaria diuæ,
Sacraq́ huic faciunt: qua luce corona paratur
E pinu uel lentisco: Myrtusq́ prophana,
Myrteus in tunicis diuę quia ramus adhæsit:
Dum fugit: hinc arbos ualde est inuisa Dianæ.
Lucina et quę oculis formosis cernis acutum:
Cressus ab hac tibi grata dedit cognomina nym-pha.
Cyrene comes accessit: uenatica proles:
Cui quondam gemini catuli tua munera cedunt:
Quis erat ad tumulum pelię latura puella
Præmia Cyrene claro certamine uictrix.
Ac Deionidę Cephali consorte recepta
Flaua: uenatu indulges. sed te quoq́ dicunt
Non secus: atq́ oculos, pulchrā Anticlian amasse:
Quę primę celeres arcus: humensq́ pharetras
Ferre sagittiferas sunt dextraq́ brachia suetæ
Exerta, ac nuda meditari prętia mamma.
Dum spectas: pariter pernix Atalanta probatur,
Arcaside Iasii soboles: quę sustulit aprum.
Hancq́ doces agitare canes: hanc spicula certa
Mittere: curuatoq́ inflectere poplite neruum.
Quisquis ad Aetolum clarus concesserat aprum:
Hanc laudant: et adhuc durant insignia palmę,
Arcadia excepit suspendens postibus altis:

# IN DIANAM

Nuncq; ferę dentes monumenta perennia seruat.
Haud ego crediderim Ileum Rhœcumq; furētem
Ad manes damnare arcum certasq; sagittas,
Quāquam hostes:fixa arguerēt namq; ilia falsos.
Harum Mœnalius pollutus sanguine uertex.
Vrbibus in multis domibusq; exculta diana
Salue Mileto gaudens.nam te auspice neleus
Fecit iter faustum:cum classe reliquit athenas.
Chesias Imbrasie,solio quę prima refulges:
Clauum olim propriæ puppis tibi maior Atrides
In templo posuit pelago lenimen et undis,
Flabraq; ut exirent:quæ primū clausa tenebas:
Inclyta cum peterent inimicę pergama puppes
Argolicę accensęq; Helenę rhamnusidos ira.
Templa duo erexit prœtus tibi: possidet unum
Diua puertia:nam errantes per lustra puellas
Deuia firmasti.lusis stant altera templa,
Mansuetudo tenet meriti pia munera grati,
Qđ feritatem omnem per te abiiecere puellę.
Sic et Amazonides studio gens aspera belli
Signum Ephesi posuere tibi prope littora curua
Ad fagi truncum.sacris tum pręfuit Hippo.
Vpi et te salię circūstant turba puellæ,
Armatæ primum clypeis,rursumq; per orbem
Latam pandentes choream,tum phistula iuncta
Imparibus calamis stridet.uox est tamen una

Nondum etenim hinnulei quisq̃ terebrauerat ossa
Palladis admonitu/cerui nece. peruolat aurem
Vox sardys/nec non Berecynthi pascua collis.
Saltantes pedibus crepitant/pharetreq; sonabant.
Dehinc circa statuam iacta est altissima moles/
Cui nunquam similem fulgens aurora uidebit/
Nec tantis opibus. Concesserit huic quoq; Pytho.
Quam tamen insanus populari lygdamis olim
Aggreditur/turmasq; trahit sibi lactiphagorum
Cymerium: ęquandas numeris arentis arenę.
Bosporon hi iuxta degunt: quem prisca uetustas
Inachię bouis appellat cognomine claro.
Infelix regum quantum deliquerat amens/
Nō uisurus adhuc Scythiā/nec de grege quisquā:
Quorum sederunt currus prope prata caystri:
Nam suspensa Ephesi semper tua tela patescunt.
Munichia ac portus custos ueneranda pherea/
Dianam neu quis contempserit Oenea namq;
Hanc aspernatum pugnæ haud subiere decoræ.
Huic nullus certet iaculis fidaq; sagitta:
Constitit atridę nam audacia perdita magno.
Neue quis innuptam sibi iam promittat: acerba
Otus et Oarion conubia sęua tulerunt.
Neu fugiat choreas solemneis: Talia namq;
Non sine iam lacrymis Hippo obdurata refugit.
Salue Diua ingens: faueasq; huic dextera cantu.

# HYMNVS IN DELON

q Vãdo sacrã tolles mens et quo carmĩe delon
Phœbi nutricẽ pueri? nã cyclades omnes:
Quę sacrę uasto cingunt ab ęquore terræ,
Cantari exposcunt. Delos tamen una referri
Postulat a musis: phœbum: qui gloria uatum est:
Nam prior hęc lauit, cinxit, numenq; putauit.
Vt musę uatem: quo non pimplęa resultat:
Oderunt. sic: quem delos latet: odit Apollo.
Musa igitur Delon cantabit, Cynthius ut nos
Seruantes foueat titulos nutricis amatę.
Illa inconcussa ac uentis obnoxia: qualis
Icta mari, ac crebris illudi assueta procellis:
Quam bellator equus fugiat, mergiq; salutent:
Accumbit ponto, qui circum plurimus errans
Spumosam Icarii proiectat marmoris undam.
Piscator colit hanc sedem maris incola gratam.
Ergo haud indignũ celebrari hãc carmine primũ.
Insulę ad oceanum cumq; ad Titanida Tethym
Conueniunt: prima hęc graditur: succedit at illi
Phœnissa: et post hanc non uilis corsica pergit:
Mox nautis pergrata eubœa accedit Abantis:
Sardorum hinc dulcis tellus: et quam uenus unda
Adnauit primum: fouet hanc: nã hic fessa quieuit.
Cumq; istas turres munitaq; mœnia cingant,
Stat Phœbo Delos: nam quę mage mœnia firma?
Vis boreę potis est muros cũ molibus altis

Sternere: sed semper diuum inconcussa potestas.
Ambit te tantus custos gratissima delos.
Ast: cum multa tuę sint argumenta camœnę:
Vnde erit auspicium? rerum me copia differt.
Ordiar an primum, ut montana tricuspide telo
Neptunnus quatiens: quod Telchin cuderat illi:
Aequoreas posuit terras, commouit et omneis,
Subter ab extremis, pelagiq; immiscuit, undis,
Terrai immemores quasdam defixit in imo
Aequore. Te uero delos uis nulla ligauit,
Libera nam pelago currebas, nomine dicta
Asterie prisco: fossam quia desilis altam
Stellę instar, fugiens Iouis improba furta proterui.
Dum non mixta fuit pulchra hic latona: uocabat
Te quisq; Asterien: ignotaq; nomina deli.
Troezene: Xanthi quę tunc erat hospita regis,
Appellens Ephyren: intraq; Saronica nauta
Te uidit: rursusq; Ephyreia tecta relinquens,
Amplius haud spectat: quando tu alterna fluentis
Euripi transmittis iter clarumq; sonantis,
Chalcidiciq; undam maris auersata repente
Sunion attingis montem altum cecropidarum:
Aut chion: aut mãmã: q̃ multo humore madescit:
Parthenię: Tũ nulla Samos: te quãdo propinquæ
Ancaei nymphę Mycalesides exceperunt.
Ad natale solũ phœbi cum deniq; uentum est:

# IN DELON

Hoc merito imposuit nomen tibi nauta:qđ non
Amplius errates obscura/incertaq;/et undis
Aequoris ægei radices fixeris altas/
Iunonem haud metuens iratam/quę solet una
Succensere nimis prægnantibus ex Ioue/natosq;
Odisse imprimis Latonæ. nam paritura
E Ioue sola fuit fœtum hæc mauorte priorem.
Hęc propter celso uersabat ab æthere multa
Accensa infandum: pressamq; dolore grauabat
Latonam. geminus custos huic traditus/imam
Terram despectans ex altis rupibus/inde
Emi thracensis residens in uertice celso
Bellipotens acer spectas. stabulatq; superbus
Ille tuus sonipes borę prope claustra sonori
Sed: quę claustra gerunt septem penetralia tecta.
Aequoreas late terras sedet altera seruans
Filia Thaumantis/sublimem adlapsa mimantem.
Tunc illi: quascũq; urbes Latona petisset:
Apparent diri: prohibentq; admittere quẽquam.
Hanc fugit Arcadie. fugit hanc collis sacer auges
Parthenius. retroq; senex fugit ipse phenęus.
Effugit et pelopis regio: quanta adiacet Isthmo.
Proxima et Aegialo atq; argis. nanq; anxia diua
Inachias sedes Iunonis liquerat ultro.
Extemploq; fugit Bœotia: quęq; sequuntur
Dirceq; et Strophie nigros uoluente lapillos

Iſmeno iunctę genitori. Deinde ſubibat
Aſopus greſſu tardus poſt fulminis ictum.
Nympha autē Melie choream ſtupefacta repreſſit
Indigena: ac pariter uiridis metus ora notauit
Aequeuæ quercu trepidāti/ helicona comantem
Poſtq̄ concuſſum uidit. uos pandite muſæ/
Exortę an quercus fuerint: quo tempore nymphę.
Exultant nymphæ: cum quercus imber adauget.
Contra autē mœrēt: cum ſtat ſine frondibus arbor.
His phœbus quāuis infans ſub uentre lateret:
Acriter exarſit: Thebiſq; hęc dira minatur.
Tam celeri fato cur thebe occurrere tentas?
Ne me compellas nolentem dicere fata.
Nec mihi dum Tripodis ſedes pythone parata.
Nec dū ingēs iacuit ſerpēs. quin nūc quoq; Pliſto
Sanguineis horrenda iubis fera ſęuior illa
Parnaſum nonis circūſedet orbibus altum.
Prædicā tamen hęc certa: ut: quę delphica laurus.
I fuge. ſed uelox te conſequar: ac mea ſpargam
Tela cruore tuo. petulanti matre ſed ipſa
Sortita es pueros: qua te ſolers mihi nutrix
Haud fueris thebe. fuerit non ipſe Cithęron.
Caſtus ego. caſtis ſic ſint mea numina curę.
Sic ait. at ſubito latona auerſa refugit.
Et: quoniam plures populi regionis achiuę
Reiiciunt/ heliceq; deo dilecta marino

# IN DELON

Buraq; Dexameno Oeciadæ ſtabulata biformi:
Vertit in æmoniam ueſtigia. fugit Anaurus,
Ac lariſſa ingens, nec non ſchironica ſaxa.
Et:qui peneus ſerpit per theſſala tempe.
Perſtabas crudelis adhuc ſaturnia Iuno,
Haud flexa:haud miſerās:geminoſ q̄q̄ illa lacertos
Porrigeret ſupplex, nequicquā talia fata.
Nymphę theſſalides fluuii genus. hoc date patri
Implicitæ genibus, grauidas ut mulceat undas.
Phas ſit aquis ſaltem ſummi Iouis edere natos.
Cur penee pater certas uelocibus auris?
Elæo non te ſonipes de puluere portat.
Num quid perpetuo tam pernix? an magis in me
Vnam ſic properas. hodieq; repente uolare
Fata dedere tibi? non audit. proh dolor ingens.
Nam quo te rapiam? Ceruix mihi uicta fatiſcit.
Pelion o phylirę genialia gaudia ſeruans,
Siſte ha ſiſte gradum. tua per iuga nanq; ſubinde
Attoces partus ſeuę expoſuere leęnę:
Quam contra affatus lacrymis peneus abortis.
Latona heu fati uis maxima. non ego partus
Aſpernor ueneranda tuos. nam plurima apud nos
Fœta puerperium luſtrauit. Sed mihi Iuno
Aſpera promittit. Specta quis deniq; cuſtos
Monte ſedet celſo: paruo qui noſtra labore
Omnia diſperdet. Quid agam? ſi dulce perire

Est tibi peneum: fatalis lux eat ista.
Pro te ego cũcta feram: quãuis mihi sicca fluenta
Ex hoc contingant et in omnia sæcula tabes:
Atq; inter fluuios patiar sine honere uocari.
Sed quid contendo frustra? Lucina uocetur.
Dixit: et ingentes undas sedauit: in ipsum
Mars missurus erat tollens Pangeon ab imo,
Verticibus crebris fluxusq; operire parabat.
Ex alto insonuit: clypeumq; in cuspide teli
Concussit: crepuere arma: atq; ossęa tremiscunt
Summa: et planicies Cranonia, diraq; uertex
Expirans pindi. Quin thessala terra tremore
Dissiluit. Tantum clypei sonus instrepit acer.
Sic: quando æthnęi montis uapor omnis anhelati
Contra terrigenam quatitur latus omne gigãtem
Quando in diuersa Briareu te parte reclinas.
Cumq; strepunt ignes Vulcani forcipe, opusq;
Excutitur, pariterq; noui excultiq; lebetes
Et tripodes diram crepitant per mutua uocem:
Tantus tum sonitus Mauortis in ære rotundo.
Peneus rursum non cedere. sed manet ęque,
Ac primũ patiẽs: celeres quoq; comprimit undas:
Donec eum affata est cœæis. uiue precamur
Viue. nec a nobis quicquam patiare molesti.
Verum huius pietatis erit tibi gratia multa.
Sic ait: atq; prius defessa adcurrit ad urbes

Aequoreas, illę hanc uenientem cędere cogunt.
Commoda nauigiis hanc auersatur echinas:
Hospitoq; alias uincens corcyra benigno.
Omnibus his iris despectans colle mimantis
Illam auertebat. Sed enim terrore pauentes
Hę sese occultant undis, quas sors dedit imis.
Coorum antiquam post hęc meropeida terram
Chalciopes sactum penetrale adit heroines.
Tum puer his fatur genitricem. hic ne mihi mater
Lucē almā pręstes. nō hāc tamē improbo, nō huic
Inuideo. nulli nam uincitur ubere glebæ.
Ast aliud numen terræ huic promittitur olim
Stirps ptolemeorum summa: in cuius ditione
Et macedum tellus atq; utraq; terra residet,
Aequore quę gemino perculsa hinc inde madescit.
Quęq; capit phœbū Lassatum, atq; unde oriuntur
Solis equi: ac mores referet patris iste probatos.
Communis nobis olim quoq; pugna futura est:
Tum cum pro grecis, enses gallumq; furentem
Sistemus. uenient celtoe quando impete uasto
Hesperio seri titanes sole reuulsi,
Velleribus tacitis lympharum syderibusq;
Aequandi numero: tum cū ęthere plura uagantur.
Tum castra atq; urbes phocęaq; rura timebunt:
Iunctaq; terra mari. camposq; ardere propinquos
Prospicient, et quę non solum sentiat auris,

Sed iuxta templum hostiles fulgere Phalanges
Cernent, an Tripodes propter penetralia nostros
Audaces zonas enses Clypeosq; proteruos:
Gallorum stolido generi quæ dira parabunt,
Quorum pars nobis in pręmia cedet: habebit
Partem aliam nilus, merito et circūferet igne,
Multa laborantis regis certamina nostri
Venture o Ptolemee tibi pręsagia monstro.
Me uatem laudabis adhuc sub uentre latentem,
Postera queq; ętas. Tu mentem his adiice mater:
Prominet exilis pelago, clara insula, multum
Errabunda. pedum firmans uestigia nusquam.
Sed natat huc illuc: ut densis culmus aristis,
Inde noto hinc euro: quo se fert ęquoris unda.
Hanc pete: nam tellus una hęc erit hospita nobis.
His dictis sese auertunt terrę æquore cinctę.
At tu iucunda Asterie uisura rotundas
Cycladas Euboica dudum tellure redibas:
Nam: tibi quę comes est, hoc indicat alga geresti.
Latonæ interea sortem miserata malignam
Ira accensa graui atq; exardens pectore toto,
Et simul affectam tristi speculata dolore,
Dixisti. ueniant in me saturnia pœnę:
Quascunq; optaris. nam uos horrenda minantes
Iamdudum aspernata. ad me huc Latona uenito.
Post hęc illa graui perfuncta errore quiescit.

# IN DELON

Sederat Inopum propter/quem Terra profundum
Eiectare ſolet:cum Nilus plena fluenta
Pręcipiti ęthiopum ac pręrupto uertice fundit.
Hic zonam ſoluit/truncoq; ſupina reclinat
Se palmę:triſti mentem labefacta dolore.
Plurimus e toto manabat corpore ſudor.
Sollicita his Delos et adhuc ſuper æquora currēs/
Quid tantum torques/inquit/puer alme parētem.
Naſcere magne puer:prodiq; innoxius aluo/
Te tamen iſta diu iam non potuere latere
Sęua Iouis coniunx. Solers tibi nuncia quando
Hæc turbata refert:faturq; hæc plena timoris.
Iuno decus cœli ac diuarum maxima longe/
Sum tua. Cūcta etenim tua ſunt:reginaq; olympo
Vera ſedes:ac ſola manus tua terror ubiq;
Fœminea. heu tanti cauſam tu noſce furoris.
Inſula Latonæ partus hæc ſola recepit:
(Oderunt quāuis alię/et pepulere rogantem:)
Aequoris Aſterie ſemper male cęrula uerrens:
Quare age(nāq; potes)da pręmia digna miniſtris:
Qui prompti ac faciles ſemper tua iuſſa capeſſunt.
Dixerat:auratoq; throno canis inſtar adhęret:
Dianę celeri quę poſtquā munere functa eſt/
Aſſidet:obſeruans diuæ ueſtigia:et auris
Arrecta eſt dominę pręcepta ſubire parata.
Occupat haud aliter ſolium Thaumantias iris.

At sedis proprię nũquam illa oblita quiescit,
Nec cum lęteam pennam sopor addidit altus,
Quin iuxta solii partem resupina parumper
Atq; obliqua cubat, caput inclinata latusq;.
Exuit haud unquam tunicam, talaria nunquam
Detrahit, ut ne quid subitum descendat in aureis,
Illa autem infandum commota accensaq; fatur.
Sic stent probra Iouis. sic uos connubia furtim
Miscete, ac fœtus clam uestros edite ibidem,
Non ubi parturiunt miserę uilesq; ministrę,
Verum ubi deserto pariunt uix æquore phocę.
Non tamen Asterien hęc propter crimina plectam,
Nec simul iratam Iunonem sentiet illa.
Quin magę suspiciam, quia nostra cubilia nunquã
Pressit: et elegit nostro pro coniuge pontum.
Sic ait. At cygni modulantes carmina diuis
Flumine pactoli septem accessere relicto
Orbibus ad Delon. Et: quę sit origo camœnis,
Qui superant alias uolucres, cecinere sonori.
Dehinc totidem chordas citharę puer alligat: albi
Concentu quoties solata puerpera Cygni.
Non ultra octauum cecinerunt. Exilit ille.
Tum nymphę Deli prisci amnis clara propago
Plurima Lucinę modulamina sacra dedere.
Mox æris blandos tinnitus reddidit ęther.
Nec Iuno accensa est. bilem Iouis astra remorant.

# IN DELON

Tum cuncta ex auro constabant mœnia deli,
Assiduusq; lacus fuluo radiabat in auro.
Attulit auratum natalem ramus oliuæ.
Infantem aurifera pariter tellure leuasti.
Excipiensq; sinu blando tum talia fata es.
O magna o multis castris exculta focisq;.
O campi pingues, ambitaq; ab æquore tellus,
Ipsa ego difficilis desertaq;. Delius autem
Nomine de nostro celebrabitur. altera tellus
Nulli grata deo tantum nec amata feretur,
Non Cenchris domino sic est dilecta lichęi:
Non hermę rupes Cyllenia: non Ioue creta:
Quantũ ego sum phœbo iucũda ac grata. nec ulla
Post hac errantem spectabunt tempora delon.
Sic ais. at puer optati trahit ubera lactis.
Ex quo nunc etiam phœbi castissima nutrix
Diceris infantis. nec te bellona lacessit
Nec biiuges martis, stygiiq; potentia regni.
Primitias sed pro decimis tibi quęlibet æstas
Mittit, et in choreis complodunt oppida cuncta:
Quæ zephiro atq; euro assistunt, austroq; madẽti,
Quęq; super boream longęuo sanguine degunt,
Hi sunt in culmis ac sacro mergite primi,
Spicæ latores, a te hęc dodona pelasgi
Excipiunt primi longis uenientia ab oris.
Terricubi assidue crepitante lebete ministri.

Mox ad ſactum Aſty:montanaq; melidis orę
Deflectunt:pinguisq; legunt dehinc ruris Abātū
Campos atq; ſolum Lelantion.hic neq; longum
Eſt iter Euboea.portus tibi nāq; propinqui.
A flauis primę tibi dona tulere Arimaſpis
Vpiſq; et loxo felixq; his iuncta Ecaerge,
Prognatę borea.dehinc maſcula et optima pubes:
Ad patrios qui non unquam rediere penates:
Gloria nāq; illos felices multa ſecuta eſt.
Deliades ueſtros quoniam celebrare hymenæus
Mores pulchra ſonans conſueuit:dona coæua
Crinem uirgo Mares barbæ præſegmina prima
Innupti ac pueri ſacra hęc libamina geſtant.
Aſterie ſacrata,omnis ſe flexit in orbem
Terra propinqua tibi,et choreæ circūſtetit inſtar.
At te non tacitam radiis petit heſperus ardens:
Sed procul e celſo argutam deſpectat olympo.
Hi pæana canunt Lycio ſeniore repertum:
Duxiſſe e Xantho quem uates dicitur Olen:
At ſola percutiunt crebro pede firma puellæ.
Tum ſtatua eſt multis preſſa et curuata coronis,
Cypridis antiquæ celeberrima:Theſeus olim
Quam tulit:in patriam reducem cū creta remiſit
Cum pueris:qui cum fugiſſent ſemina fœdę
Paſiphaes:curuumq; ſolum flexi labyrinthi:
Circum aras ueneranda tuas duxere choreas,

# IN DELON

Succensi cithara: choreæ sed theseus auctor,
Vnde ęterna solent sacrataq; munera phœbo
Mittere Cecropidę sacrę instrumenta carinę.
Delos culta focis, multa ac prece: nauita quis te
Pręterit: ægeo tacitus currente carina?
Non tam acres spirant uenti, nec flamina tanta,
Nec tum cum properat celeri super ęquora cursu
Mercator: subito malum nam flectit: et alta
Vela cadunt: rursus non ante relegerit æquor.
Quam fuit ara ictu cincta et percussa frequenti,
Ac manibus uersis ramus præmorsus oliuę:
Quę Ludicra olim commenta est delia nympha:
Vt te phœbe puer risusq; iocusq; mouerent.
O salue Asterie media inter Cycladas omneis:
Ac saluete simul tu phœbe sororq; gemelli.

# IN LAVACRA PALLADOS

f Vndis aquā e nitidis stagnis q̄cūq; mineruę:
Egredere. hinnitus tollere nuper equos
Audiui sacros: armataq; diua superbit.
Surgite nunc flauæ, Surgite Achaiades.
Nam prius ingentes pallas non abluit artus:
Quam fuit excussus puluis equi inguinibus:
Nec: quando arma ferens multo polluta cruore
Cuncta, a non ęquis Terrigenis rediit.

Sed:cum colla prius curru soluisset equorum:
Sacro detersit flumine in oceani
Sudorem madidum.lustrataq; spuma coacta:
Qua sparsi os circum fræniphagi fuerant.
Huc o Achaiades ne unguentum neue alabastrum
(Accipio sonitum quem rota uersa mouet)
Lotrices ne unguenta Mineruę non alabastrum
(Non placet e multis palladi mixtus odor)
Ne ferte huic speculũ:facies nã sponte decora est.
Nam:cum se ideo iudice supposuit:
Haud se ære inspexit ingens dea.nec Simoentis
Se Iuno uidit uerticibus nitidis.
Ipsa tamen cypris pellucens sæpe oricalchum
Sumpsit,sępe comam sedula transposuit.
Sæpius at circa stadium Tritonia currens:
Vt iuxta Eurotam Tyndaridę gemini
Astra experta uolant:puro sese unguine rorat,
Quod stillat pingue ex arbore palladia.
Diffusus rubor est per candida membra puellis:
Qualis mane rosa:aut punica mala rubent.
Ergo uirile oleum,solumq; afferte liquorem:
Vngi quo Alcides:quoq; gemelle soles.
Aureus accedat pecten distinguere promptus
Crines:quoq; magis sit coma conspicua.
Prodi pallas.adest nimium tibi grata caterua
Magnorum iuuenes filię Acestoridum.

Afferturq; ſimul clypeus Diomedis:ut Argis
Poſtulat antiquę relligionis honor.
Eumedes poſuit gratus tibi diua ſacerdos:
Structam in ſe qui cum cerneret eſſe necem:
A populo ſimulacra tua hæc complexus abibat,
Ac fugiens Crion ſollicitus petiit.
Crion.ſed ponit te abruptis cautibus antri
O dea:quæ dictę nunc quoq; pallatides.
Egredere o Bellona aurata Caſſide fulgens,
Scutorum præſtans cornipedumq; ſono:
Lotrices hodie non phas eſt tingier.Argos
E puris hodie fontibus haurit aquas.
Huc urnas afferte miniſtræ aut ad phiſadean
Aut ad Amimonen progeniem Danai.
Namq; auro admiſcés uariis quoq; floribus undas
Deſcendes lętis inache lapſe iugis:
Balnea digna dea expandens.Sed parce pelaſge:
Ne quamquam inuitus pallada conſpicias.
Vrbes ſeruantem nudam quicunq; Mineruam
Viderit:obſcurę tempora noctis aget.
Dum loquor interea pauca his:tu diua uerenda
Prodi.Sed non eſt fabula noſtra tamen.
Hanc unam o puerę thebanam Pallas amauit:
Supra alias comites hęc fuit una deæ
Tireſię mater:nunquam altera ſola relinqui.
Priſcatum ſi igitur per loca theſpiadum.

Siue coroneas/aliartí aut pascua pinguis
Flectit equos errans arua per Aoniæ/
Siue coroneas:ubi luci sc̨ena uerenda
Atq; arę fluuio Curalio recubant:
Sępe suo curru diua hanc residere iubebat.
Sed nec nympharum murmura nec choreæ
Grata deę fuerant/nisi dux foret ipsa chariclo.
Esset sed quamuis palladis ista comes:
Fata tamẽ mœsta hãc mox et lacrymosa manebãt/
Nam:dum seposita ueste lauare parat/
Vtraq; castalii clara se fontis in unda:
Monsq; omnis media luce quietus erat:
Vtraq; dũq; lauat/summa cũ phœbus in arce est:
Ac montẽ ambierat plurima & alta quies:
Tiresias uernans malas lanugine prima
Cum canibus solus per loca sacra subit/
Immodicaq; siti pressus fontis petit undas:
Et miser heu uidit:cernere/quæ scelus est.
Huic quãuis irata/tamen sic fata minerua.
Cur euerida huc non abiture uenis?
Huc inquam per iter durum perq; inuia lustra.
Sic ait.at pueri lumina nox operit.
Lingua stupet.pariter genua astrinxere dolores/
Et poples titubat.uox quoq; muta silet.
Clamauit tũ nympha.puer ah quo crimine lapsus.
Hæccine dona ferunt diua tuæ comites?

# IN LAVACRA PALLADOS

Lux o nate tibi rapta eſt:indignaq; paſſus:
Q d' tibi contigerit crura uidere deę.
Me miſeram:nequeas iterum ſi cernere ſolem.
Mons helicon rurſus non adeunde mihi.
Dorcadas amittens/pro paruis magna repoſcis:
Das capreas:retines lumina ſed pueri.
Mox utraq; manu nato pia mater adhęrens
Mœſtarum miſerum carmen Aedonidum
Pergraue deplorat.comitem dea tum miſerata
Reddidit hæc blando dulcia uerba ſono.
Quęcũq; o mulier generoſa effata per iram:
Exue.nam tua non pignora ego rapui.
Et mihi non gratum puerorum tollere ocellos
Cuiquam.ſed leges hoc ſtatuere Iouis.
Nam:quicunq; deum/niſi iuſſerit ipſe:uidebit:
Conſtabat magno talia proſpicere.
Sed fatum dilecta comes reuocabile non eſt:
Parcarum cum ſic diſpoſuere coli/
Cum primum puer eſt genitus.nunc debita carpe
O Euerida/quę tua fata monent.
Cadmęę matres aris quot dona cremabunt/
Quantaq; Ariſtæus:ſi modo dent ſuperi
Impubem cęcum ſpectare Actęona tantum.
Nam quãuis magnæ hic ęmulus artemidos
Extiterit:curſus ſed non:non ſpicula certa
Inſtantis fati legibus eripient.

Nam:quamuis nolens diuę iucunda lauacra
　Viderit:improbulæ regia membra canes
Dilaniata dabunt.nati pia colliget ossa
　Mater:perq3 nemus progrediens misera
Illam felicem dicet longeq3 beatam:
　Quę sobolem cęcam montibus ingemuit.
Desine blanda comes posthac lugere.dabuntur
　Huic etenim causa pręmia multa tua.
Hunc faciam uatem uenerandum: queq3 minores
　Consultent/instat suspiciantq3 dei.
Sentiet hic ales/uolitet/quę dextera:quę non/
　Quæq3 canit dirum deuia noscet/auis.
Plurima thebanis oracula: plurima Cadmo
　Prędicet magnis diraq3 labdacidis.
Moxq3 dabo baculum:gressus qui dirigat illi:
　Multa quoq3 hic uitę sęcla superstes erit.
Inter defunctos prudens censebitur unus.
　Vnus honoratus cum Ioue erit stygio.
Nutu dicta probat.rata sunt:quęcũq3 minerua
　Sanxit.namq3 illi Iuppiter hoc tribuit/
Omnibus e natis:quodcũq3 optaret: haberet.
　Lotrices diuam hanc nulla parens peperit:
Sed uertex Iouis.is frustra ut nihil annuit unquã:
　Sic huius non sunt irrita signa deę:
Nunc uere dea Pallas adest.quare chorus omnis:
　Cui curę est argos:pallada suscipiat.

## IN LAVACRA PALLADOS

Cum laude ac precibus cumq; grato ululatu.
Salue diua: argos Inachiumq; foue.
Salue: quę propellis equos/cohibesq; uicissim.
Resq; omnis danaum te duce sospes eat.

## IN CEREREM HYMNVS

P Rocedit dũ Cista: nurus bona dicite uerba.
Salue/quę ĩnumeris modiis granaria cõples.
Demissis oculis cistam spectate prophani.
Celso despectet neu quisquam e culmine/nõ si
Sit puer/aut mulier sparsis diffusa capillis.
Nec: cum ieiuni spuimus sitiente palato.
Vesperus e nube emersit/cum diua ueniret/
Vesperus: ad potum Cererem qui solus adegit:
Cum dubia ereptę premeret uestigia natæ.
Sed quis te ualuit pes ferre Atlantis ad arces
Aethiopumq; solum: quod possidet aurea mala?
Balnea: uina: cibus iam tum te nulla fouebant.
Te tinxit quoties Acheloi argenteus humor?
Tranasti quoties currentia flumina semper?
Callichorũ ad puteũ dea ter quoq; languida sidis
Sobria/sicca/epularum expers/nitidiq; lauacri.
Sed: quę iam dederint lacrymas diuę: taceamus.
Dicere nam melius: leges ut sanxit amicas
Vrbibus: ut culmum sacrosq; hęc prima maniplos

Spicarum secuit: taurosq; subegit aratro,
Tum cũ Triptolemus robu stam ediſceret artem.
Vt placeant mites populi: uiolentia contra
Sit Cereri inuisa, id quod barbara monstra ꝓbarũt.
Dotion ad Gnidios sacrũ haud peruenerat olim:
At tibi formosum nemus erexere pelasgi
Arboribus densum. uix hoc trãsmitteret arcus.
Hic pinus. Crassę hic ulmi, hic pyrus, aurea qn hic
Et melimela micant. Electro purior unda
Desultat riuis. locus hic te diua moratur
Nõ minus, atq; Enna ac Triopę gratissima eleusis.
Triopidis sed quando uenit sors dextera: dirum
Pectora consilium subeunt Erysicthonis atri
Bisdenos nacti seruos ætate ualentes
Terrigenasq; omneis: urbem qui tollere possent:
Ascia quos omneis armatq; et acuta bipennis.
Intrepidi nemus hi Cereris decurrere passim:
Populus hic aderat ramos super æthera tollens.
Sæpe sub hac nymphę medio colludere sole.
Hæc aliis mœstum primum dedit icta fragorem.
Alma Ceres gemitus haurit, commotaq; clamat.
Heus quis grata mihi succidere robora tentat?
Ac mox Nippicen: Cereri quę dicta sacerdos
Tunc erat: assimulat, stemma et cereale papauer
Adcarpit dextra. Sed clauem dorsa ferebant.
Inq; hominẽ audacem ac sceleratũ uersa profatur,

# IN CEREREM

Qui cędis lucos ſuperis o nate dicatos:
Parce o parce inquam dilecte ab utroq; parente:
Auertaſq; ſimul famulos:ne diua uerenda:
Cuius ſacra ferus uertis/prorumpat in iram:
Ad quam deſpiciens uiolentius aſperiuſq;:
Montibus in Tmariis:quā cū truculenta leena
Inſidiatorum proſpexit lumine toruo:
I procul hinc dixit/ne te premat acta bipennis/
Hęc mea tecta tegant:quibus in conuiuia læta
Structa meis adſint ac lauta ſodalibus uſq;.
Sic fatur puer. At nemeſis mala uerba notauit.
Inflammata Ceres nimium/dea facta repente:
Tellurem pedibus tangens:ſed uertice olympum.
Attoniti hi ſubito fugiunt:ut numina diuę
Agnouere/ſacris linquentes quercibus ęra.
Hęc alios tum dimiſit:qui iuſſa faceſſunt
Imperio uicti. Regi aſt hęc reddit acerba.
Sic ſic tecta canis canis o molire prophane:
Vt ſit:ubi celebres conuiuia ſemper abunde.
Quæ poſtq̄ fata eſt/Eryſicthoni ſęua parabat.
Namq; illi moroſa fames iniecta repente/
Acris/inexpleta:et quæ nocte dieq; perurit:
Quot miſer abſumit:tot rurſus concupit ardens.
Biſdenus ſtructor. ſed bis ſex uina coronant.
Nā:quoniā in bacchū ac Cererē deliquerat amēs:
Huic ſunt irati pariter Bacchuſq; Cereſq;.

Hęc ueriti patres nulla ad conuiuia mittunt:
Cunctaq;: quæ possint illum excusare, reperta.
Cumq; ad Itoniados puerum certamina diuę
Ormenidæ inuitant: mater negat: atq; ita fatur.
Natus abest: here nam petiit cranonia tecta
Centum exacturus tauros. uenit ipsa polixo:
Vxorem nato dum præparat Actorioni,
Accersens utrumq; simul natumq; parentemq;,
Ad quam moto animo flens mater talia reddit.
Accedet Triopas: Erysictrona uis tulit Apri
Vallibus in pindi. Nox illo est nona perempto.
Pro nato infelix mater mentita subinde es.
Si quis sternebat mensas: procul hinc Erysicthon.
Duxit quis spōsam: ast erysicthona discus ademit,
Aut est lapsus equo uel in othri armenta recenset.
Assiduus patriis laribus dum semper adhęres:
Innumera absumis. uorat improbus omnia uēter:
Dum plus semper auet. sic uana congeris aluo,
Cunctaq; demittis, uelut alto in gurgite mersa.
Montibus ut stillat nix, sole ut cęra liquescit:
Sic miser hic tabet. Neruos fibrasq; perurit
Imperiosa fames: uixq; ossa retecta supersunt.
Lugebat mater. geminę fleuere sorores.
Nutrix plorabat. denæ ingemuere ministræ.
At Triopas cano capiti dextram incutit amens:
Ac surdum increpitans neptūnum talibus infit.

# IN CEREREM

Specta hunc falſe parens:a te qui tertius exit:
Si modo uere ex te et canace feror editus.a me
Nam miſer hic ortus.uerũ o ſi fata dediſſent,
Ictũ hũc ut phœbo quõdã mea dextera humaſſet:
Quẽ nũc tetra fames miſerũ circũſtat et angit.
Aut igitur morbũ hũc expunge,aut accipe paſtu :
Quę tua ſunt. Defeſſa omnis mihi menſa fatiſcit.
Mandra omnis periit,mihi ſepta exhauſta qeſcũt,
Quadrupedum.Cocus ac laſſatus iuſſa recuſat.
Quin etiam muli currus ſoluere iugales.
Bos enecta ſimul:ueſtæ quam mater alebat.
Occidit elęus ſonipes,belloq; ſuperbus,
Et felles paruis formido animantibus atra.
Dum fuit in tectis Triopæ:quod mandere poſſet:
Hunc morbum ſoli Triopę ſenſere penates.
Regia ſed poſtquam uacuata ac reddita inanis:
In triuiis natus regis tum ſępe ſedebat
Panis fruſta petens,ac quicquid menſa reliquit,
Odi ego:qui non ſit Cereri iucundus,et idem
Sit procul.Infeſta eſt mala nam uicinia nobis.
Dicant innuptæ,matres quoq; dicite cunctæ.
Salue o magna Ceres,o ſalue uberrima nutrix.
Vtq; uehunt Albi ciſtam tibi diua iugales
Quatuor:imperitans late ſic fauſta remitte
Omnia,candida,uer,ęſtatem, autumnũ,hyemẽq;,
Hęcq; ſimul ſerues alium lętiſſima in annum.

Vtq; urbem petimus pede nudo ac uertice aperto:
Incolumes sic nos ęternum uiuere phas sit.
Auratas uannos gestant ut sæpe puellę:
Sic liceat nobis fuluo gaudere metallo
Sacrorum expertes prytaneia adire iubentur,
At sacras usq; ad Cereris deducere tantum.
Sexaginta annos quę fert: ęuumq; molestum:
Quáq; premit lucina grauis: dabit omnibus istis
Pinguia culta Ceres ęque, ac si templa subissent.
Diua uale, hancq; urbem pax ac concordia seruēt:
Effice, et ex agris fac omnia læta redundent.
Pasce boues armenta, feras quoq; spicea serta
Pacem nutrito: metat ut, qui semina iecit.
Adsis ter ueneranda mihi et suprema dearum.

τελοσ.

Eiusdẽ Iacobi Crucii ad eũdẽ Magnificũ Equitẽ
D. Galeatum Vicecomitem Coronis.

h Abes uir magnifice encomia ĩmo poti9 poematia: q̃ a me tibi deditissimo nõ modo frequẽtib9 litteris: sed quotidianis( ut ita dicã) conuiciis efflagitasti extorsistiq;: Extorsisti inquã: Ego enim semper corde et animo tenẽs illa Flacci ac Quintiliani uulgatissima pręcepta: ne editio sit pręceps: ne immatura / simulq; illud Ciceronis ante oculos gestans affirmantis oportere: quę scribuntur: ęterna esse: non putabam quicquam temere et incõsulto in lucem proferendum: Veritus etiam huius nostri sęculi morosos lectores ac supciliosos / nec non sciolos et Aristarchos: quibus fortasse nostra hęc pura ac non fucata et quasi simplicia minime probabuntur. Ego tamen bonorum iudicio fretus: qui facile agnoscent argumentum huiusmodi deorum / Quibus / ut ait ille / Casta placent: non debuisse / nisi casto sermone describi: desiderio tuo ac meritę festinationi non dubitaui facere satis. Ingenue tamen fateor in quibusdam fortasse limæ laborem et moram: Cuius nos impatiẽtes uerissime cecinit Flaccus: desideratum iri. Cęterum: quẽadmodum signum parium uel eburneũ / uel ex auro aut

argento aut ære conflatum : quãuis non exactum satis neq; ad unguem castigatum: suo tamen can/dore ac materię pręstantia delectat: ita ego conten/derim nostrum carmen qualecũq; materiæ saltem nobilitate/Candidis ac nullo liuore suffusis aliqua ex parte placiturum. In uno tamen lectorem admonitum cupimus/ut/si hos hymnos legere ceperit: perlegat. Quod enim singula membra non pote/runt: totum corpus pręstabit. Vale Decus meum.

τελοσ.

Epiſtola.

MAGNIFICO AC GENEROSO ADO-
leſcẽti.D.Hieronymo Vicecomiti Iaco
bus Crucius Sal.

e T ſi ſtatueram antea Magnifice Adoleſcẽs reliquis annotationibus:quas prope diem editurus ſum:quędam in Callimacho ob-ſeruata cõtexere:Singulis tamen penſitatis/iam cõſilium cepi:ut ſehorſum ac priuatim:quę ad hunc poetam pertinerent:aduotarem/breuiterqꝫ colligerem : eaqꝫ potiſſimum : quę nec penitus protrita/nec inuulgata paſſim circũferunt̃: ut Callimachi ſtudioſus pauca admodum deſideraret/neqꝫ enim omnes græca callere poſſunt/ Quibus huiuſmodi notiſſima ſunt/ultroqꝫ patent et ſponte occurrunt. Coegi igitur non nulla in ſingulos hymnos:non mediocriter ad Callimachi ſenſum conducentia/oratione ac ſermone ſimplici decurſa/abſqꝫ fuco ac uerborum inuolucro/quãuis ueriſſime dicere erat ſolitus Cleobulus ille ſapiens/imperitia dominat̃ et multiuudo uerborũ/noſtraqꝫ potiſſimũ in urbe: ubi /pauciſſimos excipio/ quanto quis imperitior: eo impedio loquacior/maioriqꝫ garrulitate obſtrepit. Cęterum:ne Satyrice agere uideamur:utqꝫ pro poſitum repetamus:has annotatiũculas tumultua

rias ac/ut ita dicam/Ephemeras : uisum est dicare non Magnifico fratri tuo maiori Galeato/eidemq; mihi patrono et Męcenati optimo/ne in siluam ligna ferre obiicerer: Cũ illi longe meliora domi nascantur: ut pote latinis gręcisq; eruditissimo/sed tibi: qui aliis studiis mancipatus et deditus/minus cum gręcis uersari consueuisti: ut: si quando sæuerioribus fatigatus in hac nostra/seu potius Callimachi aprica et amœna solatia diuerteris : pauca sint admodum morosa et anxia: quę te discruciẽt et angant: Quin pręsto adsint hę annotatiunculæ/ perinde ac Callimachi sensus ministrę ac indicaturę/quęq; nodum magna ex parte explicent. Ita.n. fiet/ut/dum nullo aut paruo admodũ labore Callimachũ perlegis: in familia tua protinus agnoscas spectatam Iouis indolem regiamq; dignitatem. Dotes dehinc Apollinis imprimisq; musęos cantas. Venationis adhoc uoluptatem simul ac incolumitatem/mox: ut post multiplices errores/fessos grata quies excipere solet/nec non ingenium Mineruæ/matronalemq; uestra in domo pudicitiam: utq; uno/et quidem uerissimo uerbo cũcta complectar: rerum omnium in uestra generosissima gentę fœcunditatem ac ubertatem benignissimã. Vale.

# ANNOTATIONES IN HYMNOS.

## IN IOVEM

DICTęus. ſed te. et cę. Merito Callimachus de patria Iouis ambigit. nõ modo enim Cretes: ſed et arcades meſſeniiq; et phryges ſuũ iouẽ aſſeuerabãt Ouid. Arcadiæ tamẽ ẽ impẽſior illi cura ſuæ. Meſ/ ſenii Iouẽ apud ſe nutritũ aiũt Ithomenq; et neda nutrices fuiſſe: quarꝝ altera Nedę flu. nomen dedit: altera monti: uñ Iuppiter Ithomadas: ubi erat fons Clepſydra: in quo Iuppiter lotus eſt/ dictus: qđ cu/ retes iouẽ furati ſunt/ auctor ẽ Pauſanias. Phryges quoq; ioue alumno gloriantur: ut ſcribit interpres Apollonii/ unde Propertius Idæum Simoenta io/ uis cunabula parui. Illud addimus ex interprete ly cophronis/ ꝙ hi in creta/ hi in arcadia/ hi in Thebis aliiſq; innumeris locis iouem ideo oriri dixere: qđ Reges et Dii ioues dicebantur. Cæterum: quoniã de clariſſimorum uirorum patria frequenter occur/ rit controuerſia: illud annotauimus quod in Cice/ rone in libris de legibus ſcriptum eſt: ita enim fiet: ut plures nodi eius dicto ſoluantur et explicentur: uerba Cice. hęc ſũt. Ego me hercule et illi et omni/ bus municipibus duas eſſe patrias cenſeo/ unam na tura/ alteram ciuitatis: ut ille Cato: cum eſſet thuſ/ culo natus: in popu. Rom. ciuitatem ſuſceptus eſt: Itaque: cum ortu Thuſculanus eſſet: Ciuitate Romanus: habuit alteram loci patriam/ alteram

iuris: Sic nos eam patriā dicimus: ubi nati: et illā: qua excepti sumus. hactenus Cicero. Haud igitur mirum: si Posidonius Apameus ex Syria oriūdus Rhodius est appellatus: ubi scholam exercuit, Sicq; Apollonius natura Alexādręus sese rhodiū maluit inscribere: qđ Rhodi honorifice fuisset exceptus: Atq; posthabitis huiusmodi innumeris, ut scrupulum: qui etiā doctissimos diu torsit, leuē, eximāq; hac ratione Dędalus: quem athenis ortum innuūt Diodor9 Pausa et Iuuenalis: a Tibullo et Ausonio creticus memoratur. Tibul. Phœbo gratissima dona cres tulit. Ausonius. Nō hoc spernat opus Cortinius aliger ædis conditor Euboicæ. et alibi pręperibus pennis super æthera uectus homo cres. Me diis igitur natus athenis: q; in regia Minois nō me diocriter excelluerat, cretē se appellauit. SACER inde putat' hic locus etc. Cōtendūt inqt Pausanias Rheam peperisse in quadā lycęi parte. Est autē ad uerticem montis spelunca: quam solis mulieribus deę sacris licet ingredi. QVA sordida partus etc. Scribit Pausanias. Lymax fluuius iuxta Phigaliā currit ī nedā. Aiūt nomē inductū: qđ nymphę pur gamēta ī hūc iaciūt. prisci āt καθάρματα λύματα hoc ē purgatiōes appellabāt, qđ homer9 restat'.
LADON. Arcadiæ fluuius: qui terræ mixtus Daphnem ualde formosam eduxit: ut ait Lyco.

interpres. Eustatius in hanc sententiam hoc scri-
ptum reliquit. Ladonem fluuiũ ogygiũ appellat Dionysius quasi uetustissimũ, q Daphne hominũ prima dicatur ex ladone et terra genita. ERymã-thus flu. non procul a psophide currit: iuxta quem hercules aprũ cõfecit. DISCInxit zonã. Apollo-nius μήτρην πρῶτον ἔλυσα. quod est zonã pri-mum solui. Soluunt zonas primũ pariẽtes et suspẽ-dunt dianę: unde soluizonę Dianæ templum erat Athenis ĩterpres Apollonii. IAON, Carion, Me-topes flu. arcadię. Melas Crathis et ladon sunt flu-mina ad erymãthũ montem arcadię: ut scribit Eu-statius. CRathis uero mons est: et ex ipso monte oriens flumen a quo crathis iuxta Crotonẽ in Ita-lia nomen accepit. Paus. Quẽ fluuiũ addit Eusta-tius lotos reddere flauos. Crathis a duobus flu. in-cremẽta suscipiẽs sic a miscẽdis aquis dictus. Stra. Montẽ cõcussit etc. Strabo inqt Neda flu. e lycęo monte delatũ e fonte: quẽ rhea: cũ Iouem esset eni-xa: rupisse fertur ĩ fabulis: ut haberet, unde lauaret.

NEDE nympha nutrix Iouis: quæ fonti nomẽ dedit. Stepha. ab hac neden urbẽ arcadiæ deducit.

STyga oceani filiã fuisse legimus in theogonia.

LEPRion nomine dicũt. Lepriũ maritima ciui tas. Strab. Leprius ciuitas in Phylia. Sunt lepriatę pars arcadum sub ditione tamẽ eliensiũ, condita a

Leprio Pigei filio: a quo nomē accepit. hic leprius herculi in edēdo par armis superatur. sunt: qui uelint leprā morbū ciuitati nomē imposuisse. Paus. ait. Leprius inqt Atheneus Cauconi neptunni filii Astidamię phorbātis filius: Cū herculē ab Augea premiū exigētē ad edēdū prouocasset: superatus ē. hæc Zenodotus. Lepriū Plinius in achaia ponit.

Thenę ciuitas cretę: ut qdā: arcadię. Stephanus.

OMphalio nomen etc. Omphalus locus Cretę prope Thenas et Gnoson. Est et thessaliæ Stepha. Omphalos proprie est nostri coporis mediū: unde Pindarus Delphos: ubi illud oraculū celeberrimū apollinis fuit ομφαλον hoc est telluris umbilicū putauit, fabulā cōfingēs duas aquilas, siue: ut alii: Coruos dimissos alterū ab ortu, ab occasu alterum in parnaso conuenisse: Cui postea fabulæ arrisere nostri, poeta in obsceno carmine, Ouidius in metamorphosi, Lucan9 et Papinius, Delphos orbis umbilicū, nec nō parnasum mediū appellantes. Cum tn̄ rōe climatū īspecta: et dimēsione iusta librata n̄ sint æqua διαστήματα hoc ī loco ab ortu ad occasū un̄ error māifest9 ē nisi fabulose agnoscat'. Ceterū: ut ait phurnutus ἐλέχθη ὁ τόπος ὄμφαλος τῆς γῆς οὐχ ὡς μεσότατον ὢν αὐτῆς ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἀναδεδομένης ἐν αὐτῷ ὀμ-

φησ: ἤτισ ἔστι θεια φωνὴ hoc est dictus ẽ locus terrę omphalus/non tanquam medium existens: sed a uoce diuina: quæ inde prodibat. ὀμφη enim uox diuina latine exponit̃: ut Etymologicon ma/gnum et idem phurnutus et tota gręcia cõfirmãt. Cęterũ: quoniã Lucanus annę⁹ queritur: delphica sedes qđ siluit: postq̃ reges timuere futura. Et Iuue. quoniã delphis oracula cessant: Et genus humanũ damnat caligo futuri: declarandũ qua ratione hoc oraculum delphicũ defecerit. petamus igitur dio/nem: qui in Nerone in hãc sentẽtiã loquit̃. Apolli ni: siue ęgreferẽs: qa tristia ei quędã prædixit/siue aliter furẽs: regionem cyreã abstulit/et militibꝯ de dit/uaticiniũq; dissoluit/homines in ostio: unde sa crum spiritũ emittebãt: iugulans. Dictęæ melię. Melię aliquę nympharum dictæ a Melia Oceani filia: ut ait Callimachus auctore interprete Apollo nii. Palephatus autem ridet eosq; subsannat/qui primum genus hominum dixere ἐκ μελίασ γεγέ σται hoc est ex fraxino factum: uideturq; innue/re a Melio denominatas: ut ab Hellene Hellenas et ab Iono Ionas. ADrastea: ut ait Apollonii in terpres: nutrix Iouis fuit. Dubitat pausanias adra/steam fontẽ dictũ: qđ forte eum adrastus inuenerit SVGis malthęę. Amalthea: ut Sudas et Etymo/

logicon magnũ ſcribũt/nutrix iouis παρὰ τὸ μὴ μαλάσσεσθαι: Vnde herculẽ tradũt fortiſſimum factũ: poſteaq̃ cornu Amaltheę poſſedit/ Euſtatius ſcribit amaltheã fuiſſe uetulã κερδαλέαν et nego/tiationi deditã ac bene nũmatã: quę maximã lucri partẽ ĩ cornu imponebat. uñ amaltheas cornu cele/bratũ πλουτοποιὸν καὶ βιοφελές: qđ nũmis refer tũ hercules cũ rapuiſſet: delicioſe uiuebat: unde ſer/mo natus amaltheę cornu herculi oĩa bona mini/ſtrare/ Palephatus aũt ait: qđ Theſpiis erat mulier formoſa et honeſta nomine amalthea: cuius amo/re captus hercules apud eã diutius: q̃ decebat: diuer ſatus. Quã rem Iolaus ęgre ferẽs animaduertit lu/crũ eius fœminæ ĩ cornu latere: quo ſublato: quod/cunq; uellet: emebat. unde locus fabulæ datus: qđ Hercules cornu amaltheę haberet: ex quo emebat/ quodcũq; ei libuiſſet. ET quos dixere panacros. Panacra ſunt montes cretę. Eſt et panacron ciuitas Cypri. Vnde tua regis ditione fouent'/ Huic illud idem cõuenit ac reſpondet: quod pręſcripſimus ex Lycophronis interprete: ꝙ olim reges et dii ioues appellabantur.

## In Apollinem.

DE Lia palma. Latona cum in Delon perueniſ/ſet: laurumq; ac palmam ibi primũ uiſas tetigiſſet: Dianã peperit/ mox apollinẽ Lycophronis ĩterp̃s.

# IN APOLLINEM

TRIſtis quoq; petra. Nioben innuit: quã in Si/
pylo monte ęſtiuo tempore flere aiunt. Pauſ. ſcribit
ſe Sipylon montẽ conſcẽdiſſe/ et nullã prorſus ui/
diſſe effigiem mulieris præ ſe ferentẽ. At: ſi procul
abſcedas/ inquit/ intueri uidearis et flentẽ: et mœſto
uultu mulierẽ. Palephatus aũt ſcriptũ reliquit: qđ
Niobe poſt mortẽ liberoꝝ ſibi conſtituit lapideam
imaginẽ: quam in ſepulchro natorũ poſuit. Et nos
inquit idẽ Palefatus talẽ inſpeximus: qualis fertur.
Addit et hoc Pauſanias iuxta latonę ſimulacrum
fuiſſe imaginẽ: quam χλώρην nominant: a colore
metu ſanguinis cõtracto: cum prius Melibœa di/
ceretur. Filia hæc Niobes et Amycla ſimul ſuperſti
tes fuere latonę auxilio: quã exorarunt. PYTho
urbs Apollinis: ut ait Steph. dicta: ut putat Euſtat.
a πύθω τὸ σήπω ob draconẽ ibi putrefactũ ἢ πα/
ρὰ τὸ πύθεσθαι: qđ homines ibi futura diſcerẽt per
oraculũ. BOEdromion. Boedromius Apollo ab
atheniẽſib9 colebat̃: ut ait etymologicon magnũ
originẽ hinc ſortitus. Bello enim cõtra athenienſes
ſtructo ac ione Eleuſinio eis opitulãte propter co/
gnationem athenienſes uictores fuere. A uoce itaq;
exercit9 ad urbẽ ꝑcurrẽtis apollo Boedromi9 dict9.
Sacrũq; et feſtum colebat̃ Boedromia. Boedromia
ĩqt Suidas feſtũ atheñ uocatũ: qua die Xuthus opẽ
tulit multa feſtinatione atheniẽſibus laborantibus

ab Eumolpo neptũni: quo tpe athenis Erectheus rex imperabat. boedromiũ quoq; apollinẽ celebrat Pausa. Carneũ. Carneus Apollo a Carno genere ex acarnania. Sunt: qui dicũt carneũ Europes filiũ educatum ab apolline et latona. Alii tradũt in ida troię græcos κραμειαμ idest cornũ ex luco apollinis succidisse ad equũ ligneũ faciẽdũ: deũq; ob id iratum placare: et carneũ per transpositionẽ litterę dictum. Terpander primus oium carnęa uicit: ut tradit pausa. auctore hellanico. Carnęa inquit Suidas Apollinis festũ apud lacedæmonios. Thucidides quoq; carnęa celebrat. THera una insula ex sporadibus: ex qua colonia laconũ in Cyrenen deducta: ut ait pindarus. Eustati9 scribit. Cyrenen inqt Strabo Therei cõdidere: q ex laconia profecti therã insulã coluerũt. Thera olim calista dicebat' dicũt Cyrenen a batto conditã: quẽ Callimachus pgenitorẽ suũ appellat. Tegenus ædipode locũ hũc exponit Strabo in hãc sentẽtiã scribẽs. Eodẽ nõ nulli duce thera Aucesionis filio (hic aũt ex polynice pgnat9 est) nauigãtes ad insulã inter Cyrenęos et cretã sitam puenerũt eam prius καλισταμ. i. pulcherrimã posterius Therã appellauere. teste Callimacho. Ibi Cyrenes metropolim edificarunt: therãq; nominauerũt. BAttus ĩqt Paus. ex ethra ĩ libyã traierit factus uocalis ex timore leonis: in quẽ incidit. Cyre

ne uel a cyrene filia Ipſei/ut Pindaro placet:uel a cy
rene fonte. dicta ē pētapolis. Ducūt aūt cyrenęi orí
ginem ab Amyclis ideſt lacedæmoniis Euſtatius.

ASbyſtide collocat urbe. Asbyſta ciuitas libyæ
inqt Strepha. Lycophronis interpres inqt Asbyſtæ
gens libyca. Tu uide/an apud Virgil. legi poſſet et
pelle aſbyſtidis urſę: uox enī libyſtis ακαρτωδηκσ
eſt/et horrida admodū: etiā ſi a libyco et libyſſo in/
flectatur. Azilis ciuitas libyę. Saluſtius nō urbē:
ſed locū ac fluuiū innuere uidet͛: qdā azirin ſcriben
dū putāt auctore Stephano. Myrtuſa: quæ et myr
toſion dicit͛: locus ſiue mons iuxta cyrenen: ut ait
interpres Apollonii/illud exponens. αἵι λιβύηυ ἐμέ
μουτο παρὰ μυρτώσιου αἰποσ. EVripyli grex
Euripylos cōplures legimus extitiſſe. Dictis cretē
ſis Euripilū telephi tradit: et Dares phrygius euri/
pylū ex orcomeno ueniſſe memorat/Homerus eu/
ripylū euęmonis filiū ad troiā cū L. nauibꝰ īducit.
Pauſ. hūc narrat ī p̄da troiana arcā ſortitū: ubi erat
ſimulacrū Dionyſii/ea apta inſanire cepiſſe/Moxqꝫ
cōſulto Apolline liberatū furore. Fuit et Euripylus
dexameni ī oleno regnātis filiꝰ/q cū hercule ad tro
iam nauigauit auctor Pauſ. Hic uero de alio euripy
lo intellige: qui neptunni et Celenus filius/rex fuit
Cyrenæus: de quo Apollonii interpres ī hāc ſentē/
tiā loquit͛. Regnāte Euripylo ī libya/Cyrene in li/
byā ab apolline delata eſt. Vaſtante autem regionē

leone:proponit regiam pręmiū interficienti leonē. Cyrene aūt leonē interemit:et imperiū occupauit. Cui sentētię sic blāditur lyco. interpres. Acesandrus ait Euripylū et tritona neptūni et celenus filiū. hic Euripylus cū uxorē duxisset Steropen solis/sororē pasiphaes/gignit lycaona et leucippū:fuitq; rex Cyrenes. Battus aūt cōditor cyrenes διὰ τὸ βατταρίζειν/ qđ uoce linguaq; laboraret. Aristoteles uocatus est prius/Lyco interpres.

In Dianam.

Inter celeberrima pythagorę ab Atheneo hoc quoq; reponit λεοφόρους ὁδοὺς μὴ τύχειν/quod est non trita orbita incedēdū:hoc ē multorū opinioni nō adhærēdū. Hoc igit̃ de diana dicimus a pausa. obseruatū/dianam Cereris non latonę filiā docuit Aeschylus:Sicuti Cererē arcades neptūni filiā dixerunt. ILithyan cōsulto pro diana posuimus/non ignorātes tñ qđ scribit paus. in attica fuisse tēplum Ilithyæ:quā aiūt ex hyperboreis ad latonā pariētē uenisse/et ilithyā iunonis filiā. Scribit idē paus. ilithyæ oraculū alterā manū ī rectū dirigit:altera tenet facē:quia ī lucē fert pueros. Cęratū fl. Strabo inqt priscis tēporibus Gnosus cæratus appellabat̃ a prælabētis flu. noīe. Eustatius quoq; ait Gnosus minois regia:quæ et cęratus dicebat̃ a flu. ꝓximo.

NVNC Liparā,insula maxima septē æolidū Meligunis antea dicta prope Siciliam,Lipara a liparo ausonis filio Eustatius et Steph. PArthenie Diana dicta,quia uirgo est.parthenium in arcadia celebrat Plinius,et Strabo ait. Parthenius amnis excurrit:ubi ad phereā ascenderis in arcadia.Parthenius itē fluuius in medio urbis amastriacę curtens dictus:qđ continenter circa ipsum Diana uirgo uersetur auctor Steph. Vnde Valerius Flaccus in quinto. Et fatis tibi Typhi negatū parthenium, ante alios triuię qui credit amneis fidus. PRO natisq; pii p.tondentur.Homerus peleū introducit sperchio flu.uota suscipiētē:si Achilles filius sospes ex troia redierit,se comam ilico illi detonsurū.Comam etiam in luctu et morte addere solebant cognati.Ouidius de Narciso.Et sectos fratri imposuere capillos. NILIacum Inopū ideo appellat. Tunc enim inopus impletur:quādo nilus ęgyptū irrigat:ut ait iterpres apollo. PITane ciuitas æolidis,ut ait Stepha.Plinius ponit pitanen in Achaia. Ouidius.Aeoliam pitanen a leua parte reliquit.

LIMNę ciuitas hellesponti circa seston.Steph.

ALæ Araphenides in attica sunt eodē auctore.

DOLiche insula lycię ex Steph. Strabo tamen scribit.Dulichiū inter Echinadas hodie Dolichā uocant. PERga urbs pāphilię.Steph.Lycophro,

nis tamẽ interpres ſcribit pergã montẽ:ubi Vliſſes iacuit a Telegono filio interfectus. Britomartim. Pauſanias in hãc ſententiã ſcribit. Eſt autẽ Aphæa eadẽ:quę apud Cretẽſes Dictynna et Britomartis: quę iouis et Carmes filia et Dianę amiciſſima mi noa amantẽ fugiẽs proiecit ſe in retia capiendis pi/ ſcibus tenta:et a diana facta dea: Hãc nõ ſolũ Cre/ tenſes uenerant̃:ſed Eginetę/hanc ſibi apparuiſſe dicẽtes. De Britomarti Strabo in.x.meminit hũc locũ citans. Minoa uero amoribus deditũ oſten/ duntgręci ſcriptores:et imprimis Suidas et Euſta/ tius affirmãtes ganymedẽ non a ioue:ſed a Minoe raptũ. Vpis nomen Dianę.ita enim Dianã pe/ culiariter lacedęmonii uocabãt. Paleſatus ĩ hãc ſen tẽtiã ſcribit.uocãt mineruã Gorgonen Cyrenęi:ut Dianã thraces Bendiam/cretes dictynam/lacedę/ monii Vpim.unde aũt appellationẽ ſortita ſit:in/ fra enarrabimus. Ad peliæ tumulum. Obſeruat hoc pauſanias perinde ac rarũ ſit inuenire et admo dum difficile/Nomina filiaꝝ pelię/quę fuere aſtęro pea et Antinoe. Et Deionide Cephali. Strabo ſcri/ bit Cephalũ deioni filium. Heſiodus et alii dixere Cephalũ pulcherrimũ ab aurora raptum: et phae/ tonta ei filium natum auctor pauſa. PERnix. Atalanta probatur. Calydonium aprum Ancæus lygurgi primus expectauit uulneratus/atalanta ſa/

gitta percussit: unde capite suis et pelle donata. Palladis Aleę simulacrũ uetustissimũ Augustus post superatũ Antonium et dentes apri Calydonii cepit/quod est euntibus ad forum Augusti pausa/nias. De atalanta non prętereundum: quod scribit interpres Apollonii. Atalanta Iasii filia: quam uxorem duxit Milanion. Altera est argiua schœnei: quã duxit Hippomedon/ubi duo notamus et mi/laniona dicendum/nõ mimaliona/ut uulgus semi doctũ putat. hocq; ex Musęo pausa. et tota gręcia/ nec non obseruamus: quod: qui Hippomenes ab Ouidio et aliis nostris celebratur: ab hoc hippomedon appellatur. CHesias cognomẽtũ dianę. chesion oppidum Ionię auctor est Steph. IMBrasie imbrasus fluuius Sami: unde etiam samos imbrasus dicta Steph. apollonii ĩterpres ait. imbrasus fluuius sami/cognominatus parthenius: quod ibi iuno uirgo sit educata. Samos parthenia a flu. parthe qui mutato uocabulo imbrasus uocatur. HElenę rhamnusidos ira. Ramnus Nemesos templum habẽs. Ramnus populus atticę: ubi nemesis colebat. Iuppiter cygno assimulatus/Nemesi Oceani filiæ miscetur: in anserem illam deformans: hæc autem pariens ouum in palude reliquit. pastor hoc inuẽtum Lædæ affert: Hæc capsa reponens obseruat. apto demum tempore Helena nascitur ex ouo:

quã lęda perindeac filiã educauit: unde Auso. inqt Istos: trigemino nasci quos cernis ab ouo: patrib9 ambiguis et matrib9 asseruatos: hos gemuit neme sis, sed lęda puerpera fouit. IN lusis stãt altera tẽ pla. Lusi ciuitas arcadię: ubi Melãpus ἔλουσε. i. la uit pręti filias et liberauit furore auctore Steph. In lusis inquit Pausanias Melampus pręti filias in dia nę tẽplo furore liberauit: μερασιαν propterea ap pellatã dicũt. MVNychia portus atticæ dictus a monycho: et ibi erat tẽplũ munychię dianę Steph. paus. et Suidas. PHEræa. pheræam dianã colunt argiui: qa ex pheris thessalię urbe adducta ẽ, ut aiũt auctore paus. pherę ãt ciuitas thessalię: de qua mul ta Steph. parthenias amnis excurrit, ubi ad pherę ã ascenderis. Est aũt pherę a in arcadia. Strabo.

## In Delon.

DELOS insula una Cycladũ Apollini sacra: prius delos, post Asteria pp habitũ dicta, dehinc or tygia a sorore Latonæ. Alter aũt scribũt Callima chus, Steph. pli. et Solinus. Cyclades insulę dictæ: qđ a geresto circa delon in orbẽ sint sitę: inter quas est cythnus: ut corrigatur locus Ouidii. v. Cythno gyaroq; relictis, nec legatur cypro, nec schyro, nec siphno, ut nõ nulli alioquin Eruditi. PIMplea.

Pimplea inqt interpre Lycophronis fons macedo-
nię:ut meminit Callimach9 ĩ hymnis et Orpheus
μίμ. Δ᾽ ἄγε μοι κούρη πιμπληίας ἔμμετε μοῦ
σα. Eubœa Abantis/Eubœa insula una ex se-
ptem Macris dicta ob longitudinẽ:ut aiũt Steph.
et Apollonii interpres. Abantis aũt dicta uel ab
Abãte argiuo uel a filio neptũni et Aretusę. In quã
sentẽtiã ita scripsit Eustatius. abãtes populi thracię
ab abante neptũni filio: qui eubœã coluerunt/quæ
Macris dicta a longitudine situs. Et quã uenus
unda etc. in citheris iuxta mare est Scandia portus
Paus. et Steph. Cytherã ergo:ut puto/innuit:quę ẽ
insula cretę/ut ait Eusta. unde Venus Cytherea:ut
inqt Hesiodus Διότι προσέρκυσε κυθήροισ. Ac-
cepisse alii putãt nomẽ a cythero phenice. nã antea
porphyrusa uocabat᷑:qđ pulcherrimas habeat pur
puras. Nomine dicta Asterie. Calli. hoc cognomen
a stella deducit/quę gręce ἀστεριο dicit᷑. Apoll. in-
terpres ab habitu. interpres Lyco ita scribit. Lato-
næ soror asterie fugiens cócubitum Iouis se ipsam
εἰσ ὄρτυσα deformauit:et in mare insiluit: Et fa-
cta ẽ insula:quę et asteria et ortygia dicta. Intraq;
Saronica. atlepus trœzene regnauit:cui successit sa
ron:quẽ aiunt Dianæ saronidi tẽplũ in cęnoso ma
ri condidisse. Post Saronẽ uenationis cupidissimũ
ceruã fugientem in mare scrutũ/fluctibus obrutũ:

Sepultū intra dianę septū: et ab hoc sinū saronicū noīatū auctore Paus. Eustat. hoc scriptū reliqt. saronicus sin⁹ uel a flu. sarone uel a sarone uenatore: q̄ suē īsequēs decidit ī mare uel ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι: q̄d scylla / Nisi illic tracta sit a Minoe p̄ mare. Sinus saronicus olim querno nemore redimitus: unde ei nomē / ita grecia antiqua appellāte quercū auctor ē Plinius. Sunion δημοσ αττικησ Homerus su/nion ακρον hoc ē altū appellat Steph. Tradit paus. sunion atticę p̄mōtoriū / palladis suniadis delubrū ī uertice existit. Mām̄ā telluris parthenię. Samon innuit. Samos enim: ut ait Eustatius: parthenia a fluuio denominata / uel q̄d ibi educata fuerit Iuno: et illi fuerit τροφὸσ. ANCæi Nymphæ Mycalesides. Anceus samius: cui datum ē oraculum: ut plantaret uineam. Sed prędixit uates uinum ex ea nō potaturū: unde illud πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλοσ καὶ χείλεοσ ἄκρου: quod obseruāt interpretes Apollonii et lycophronis. Mycalesides aūt dictę sunt Samię nymphæ. Nam: quāuis Mycale sit ciuitas cariæ: sitq̄ Mycalessos urbs bœotiæ: Est et Mycalesus mons e regione Sami auctore Stephano / de quo ītelligit nr̄ Calli. Sublimē ad lapsa mimātē. Mimas mons minoris asiæ nō procul distās a Co/lophone. Scribit Pausa. q̄ Alexādro uolēte fodere mimātē / hoc solū ei nō successit opus. Cnidiis etiā isthmū fodiētib⁹ / pythia eos deterruit. PHeneus

ciuitas arcadię. Steph. Aegialos inter Sicyonē ēt buprasiū ab Aegialo filio Inachi Steph. ASopus fluuius ex phliasia cōcipit, fluit p Sicyoniā. Asopi filię fuere Corcyra Aegina et Thebe. Plistos fluuius delphidis: ut ait interpres apollo. Helice ciuitas peloponesi: unde neptūnus heliconius: hāc celebrāt Homerus et plinius et Ouidius. Bura ciuitas achaię a bura iouis et helices filia auctor ē Paus.

ANaurus quāuis sit fluuius thessaliæ: cuius meminerūt Apollonius et Lucanus: tñ ex aquis repetētinis qui colliguntur: ita nūcupantur, ut ait interpres apollo. Larissa. Larissam thessalię innuit: quāuis multæ sint urbes huius cognomines: ut scribunt Strabo et Steph. CRanon urbs thessa. Echinas. Echinades: quę et echinę dicuntur: ut ait Steph: Insulæ sunt circa ætoliā: quas alluit Achelous. de qbus Pap. secūdo the. Corcyra prius dicta drepane post Scheria. Macris a nutrice Dionysii, Corcyra a filia Asopi, ut ait apollo. interpres. Prouerbiū erat: cuius meminit Eustatius. ἐλεύθερα κέρκυρα χέζ' ὅπου θέλεις. hoc est libera ē Corcyra excerne, ubi uelis.

Meropeida terram. Cos insula et ciuitas: Cuius meminit Homerus: quę meropos dicta a Merope indigena. Cos aūt a Co filia meropis. dicta ē et Caria, ex qua floruere imprimis Hippocrates et Erasistrastus medici clarissimi: Steph. Ogygiū antiquū prisci dicebāt, ut scribūt Eusta. et Etymo. magnū.

Tum cũ ꝑ græcis enses. historiã tãgit Callima: de q̃ multa iustinus huic loco respõdẽtia: qñ Galli delphos aggressi sunt, apollinis thesauris inhiãtes: q̄bus delphi et phocẽses: q circa parnasum habita- bãt: ætoloꝝq; manus abstiterũt, nec nõ illđ quoq; innuit: qđ pausa. refert in hãc sentẽtiã scribẽs. ptole- mæus galloꝝ quatuor milia: quos ĩ auxiliũ contra fratrẽ aduocarat: in insulã desertã deportauit: quod ægyptũ occupare uoluerãt: qui oẽs tũ fame, tũ bel- lo intestino perierũt: hoc addimus ex paus. qđ pa- nicus terror inuasit gallos: qui duce Breno profecti sunt delphos. Terrores aũt nulla de cã existẽtes ab hoc deo oriri dicuntur. et idẽ scribit: ꝙ in menalio monte sæpe auditus ẽ pan sibilans. ALga geresti: Gereston ꝓmontoriũ eubœæ scribit interpres apol lonii: ubi a pelope Myrtilus in mare deuolutus ẽ: ut ait interpres lycophrontis. INopũ ꝓpter. ino pus flu. deli: ubi latona peperit: ut ait interpres apol lo. Amnis per insulam non sane magnus labit᷑. Vn de Val. Flaccus in. v. dixit Inopi materna gratior unda: ubi error erat ĩ oĩbus codicibꝫ: quos uiderim Inopia. n. legebat᷑ mẽdose. nã cum ĩ hoc uerbo me dia syllaba ꝓducat᷑: uersus haud dubie claudicabat Versus Callimachi ẽt mẽdose legebat᷑ ὀυ κερχνιο κρειοντι ποσειδαωυ ιλεχαιω. Hũc ãt emẽdo ita. ut κεγχριο nõ cerchnis legat᷑ ex Stepha. et Pausa.

Cenchree inquit Strabo nauale Corinthiorum. κεγχρεια: quę a poeta ratione carminis κεγχριο dicit: fuit portus corinthi: ut ait Steph. Pauſ. addit Lecheū et Cenchriā noīa eſſe naualibus corinthiis. In lecheo idē iqt neptūni ſacellū et ęneū ſimulacrū In cenchria Veneris ſtatua. Lecheę inqt plinius corinthiorꝝ portus. Locus igit hactenus mēdoſus et paululum immutatus noſtra induſtria corrigatur.

Terrricubi aſſ. crep. etc. Scribit Suidas, qđ Iouis uaticiniū in Dodona lebetibus undiqꝫ ſtipatū erat. Hiqꝫ lebetes ſeſe inuicem tangebāt: unoqꝫ percuſſo oēs perpetuo ita ſonabāt: ut diu duraret ſoni periodus: unde erat ꝓuerbiū ꝓ his: qui multa loquunt: Cui9 etiā meminit Step. χαλκειον δωδωναιον Addit Stepha. qđ æs percuſſum flagello ſonaret aut ui uentorū: Inde ꝓuerbiū aduerſus loquaces et garrulos æs dolonęum. Vpiſqꝫ et loxo etc. Vpis epitheton dianę dictę παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰσ τικτούσασ αὐτήν ἢ διὰ τὰσ ὑπερβορεασ κορασ οὔπιν ἑκαέργην καὶ λοξὼ. i. qđ obſeruēt eā parientes uel ab hyperboreis puellis Vpide Ecarge et Loxo. Ab Vpide diana appellata. a reliqs duabus Apollo. Nō ignoro tamē, quę de loxia et ecaergo apolline ſcribāt ety. ma. et interpres Ariſtoph. Hi pęana canūt etc. Olen, ut ait Suidas: fuit Dymęus uel hyperboreus, uel Lycius poeta. magis autem Lycius

ex antho, ut ostẽdit Callim. et polyistor. pausanias tradit Olenũ lycium uetustissimos hymnos gręcis scripsisse. Choreę sed Theseus auctor ercę. Theseus e Creta reuersus in delo cõstituit Apollini certamen, in quo uictores palma coronauit. pauſ.

## In Palladis Lauacra.

Aut ad Amimonen. Amimone fons ꝑpe argos a filia danai dictus. ad fontẽ amimonen nata ẽ platanus: sub qua hydrã nutritã ferũt, cuius felle sagittas hercules tinxit, ut auctor ẽ Pauſ. Thespiadũ. Tespia ciuitas bœotię. Coronęa urbs bœotię a corono Thersandri, in qua nullę talpę apparẽt: cũ reliqua Bœotia huiusmodi animalibus scateat. Hæc urbs non multũ distat a Lebadea, ubi erat oraculũ Trophonii: de quo Strabo et Pauſ. Suidas quoq; ĩ hãc sentẽtiã scribit: ꝙ in lebadea erat oraculũ subterraneũ: quo uolẽtes uti statis diebus casti ac sacro habitu ornati utraq; manu liba ferẽtes hoc est offas melle illitas: in ostio adyti sedebãt, ac repente deferebant̃ sub terrã. offas aũt illas ideo ferebãt: ne a serpentibus: quibus occurrebant: læderent̃, Sed illas pro cibo acciperẽt. multi eodẽ die inde remittebãt̃: alii complures dies ibi detinebant̃. qua propter puto a Verg. nostro in. vi. Elegãter simul et erudite dictum Melle soporatã et medicatis frugibus offam

obiicit. Aliartus urbs bœotię ab Aliarto Thersandri filio: ut ait Stepha. Curalius flu. in Bœotia et in thessalia de quo ita scribit Strabo Curalius flu. tēplū Palladis itonię pręterlabēs peneū intrat, a quibusdā dictis Coralius. De Tiresia et eius exitu hoc memorandū scribit Paus. qđ cū argiui una cū polynicis filiis thebas cepissent, ad Apollinēq; et aliā prædā Tiresiā ducentes ad Telpusam fontem peruenissent: qui ē prope Aliartū: ex itinere sitibūdus Tiresias Telpusę aquā bibit: qua pota expirauit.

## In Cererem.

Procedit dum Cista: etc. Hoc ideo dictū. Mos enim erat athenis: ut stata ac pręfinita die Cista curru ferret̄ in honorē Cereris: quē morē Ptolemæus Philadelphus in Alexandria rettulit. A Cheloi argen etc. Archelous: ut ait interpres Lyco: dulcissimus omnium flu. apud priscos autē omnis aqua Achelous dicebat̄: ut scribūt Ety. et Macro. paus. illud addit, qđ acheloo arcadi duo alii fluuii sunt cognomines, unus per arcananiā et ætoliā ad Echinadas descēdit: quē Homerus facit principem flu. Alter ex Sipylo monte defluit. Dorion Lyco interpres ait esse sūmū olympi. Steph. ait urbē thessaliæ: ubi habitarunt Cnidii: a doria elati nominatā. I Toniadis certamina diuę etc. Apollonii interp̄s

in hãc sentẽtiã scribit. Itoniæ Mineruę tẽplũ ẽ ĩ coronęa bœotię: Steph. uero ait Ito ciuitas Thessaliæ dicit̃ Itonos ab itono heroe: a quo itonia minerua et itone. Strabo aũt ita scribit. Bœotii: qui uenerant ex thessalia: expugnata coronęa palladis itonię tẽplũ in plano condiderũt eodẽ: quo thessalicũ: noĩe. Quibus uerbis innuit̃ nobis, duplicẽ esse itonẽ in thessalia et bœotia. sed hęc a thessala nomen accepit. Papi. Siue aonia diuertis itone. Paus. ĩqt itonię palladis tẽplũ inter alalcomenas et coronęã. Itonia appellat̃ ab Itono amphyctionis filio. Ormenidę inuitãt. Ormenũ uicus sub pelio monte ad sinum pagaseũ Strabo. PRytanęia adire etc. prytanęiũ inqt paus. iuxta acropolim ẽ: in quo leges Solonis scriptę sunt, Estq; simulacrũ pacis et uestę. hinc descẽdẽtibus Sacrũ ẽ serapidis: quẽ a prolemęo accepeũt. Inde suidas ait. prytaneiũ erat θεσμοθετιον hoc ẽ loc9: ubi leges seruabant̃. Erat et apud atheniẽses locus public9: ubi popellus pascebat̃: quales apud ro. sportulę, dictus, qđ ibi frumẽtũ et cibaria reponerent̃ q̃si πυροταμειον uel πυροσ ταμειον Ibi enim erat ignis perpetuus: ut narrat Suidas. de prytaneo iudicio scribũt paus. et Iulius pollux.

Finis.

Regestum

A iii B iiii C iiii D iiii E iiii F ii.

Impressum Bononiæ p Benedictũ Hectoris. 1509.


CB